



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iosephi Ripamontii E Collegio Ambrosiano Historiarvm  
Ecclesiae Mediolanensis Decas ...**

Pars Altera Libri XVIII

**Ripamonti, Giuseppe**

**Mediolani, 1625**

Liber Primus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11182**



IOSEPHI RIPAMONTII  
EX COLLEGIO AMBROSIANO  
HISTORIARVM  
ECCLESIAE MEDIOLANENSIS  
P A R S   A L T E R A

Liber Primus.



**M**ille & centum annos ævi prioris à D.  
Barnabæ aduentu ad usque extremæ  
Chrysolai decem libris amplexus,  
reliqua iam hinc peragam, auctâ di-  
ligenzia propter magnitudinem re-  
rum, & ipsa die, qua non curæ modò  
hominum, sed animi quoque melio-  
res sunt. Etiam ipse Collegij nostri Parens Cardina-  
lisque Federicus, sapientia & liberalitate sua iuuit rem,  
Pastorque populorum, & Orator ille, recognoscere ac

A 2 mo-

*Historiarum Eccl. Mediol.*

monere pleraque non est dignatus; olimque docuerat, quemadmodum ad sacram Historiam sermo nobis aliqua ex parte aptus fieret; quod memorasse volui, ut narratio nostra, nonnihil hinc etiam dignitatis auctoritatisq; assumat. Ac debueram id ipsum grato animo profiteri propter illam quoque causam, vt inter cetera spectatae magnanimitatis exempla, quæ nostris priscis temporibus ex Borromæa Domo prodijere, nouum etiam hoc, & nunquā fortasse postea redditum exemplum Ecclesiae Mediolanensi representaretur; quod nimis Ambrosiani Collegij homines, disciplina, & institutione Cardinalis latine scribere assuessemus. Monendo enim saepe multa, & dictando, & scribendo Parens idem Auctorque noster, dedit Collegio toti politiora studia, & cultum hunc humanitatis, antequam alimena, & nomen, & leges, & mille villarum pretijs extrectam Bibliothecæ fedem daret. Et postquam in corpus redacti feliciter unum suimus gradiorque iam aetas, aditus nobis ad Principem interiores frequentio; esue præbebat; nullus fere erat dies, quo non die, aut de nostris ille scriptis aliquid emendaret, aut nos ex ipsius imitatione, & sermone multa arriperemus. De innocentia & fide operis mei credi hoc amplius velim; petitam omnem esse narrationem ex veteribus Ecclesiae monumentis, partim, quae suppeditauit, sive indicauit mihi Cardinalis idem Archiepiscopusq. Federicus; partim, quae reperi ego & abdite dispersa collegi. Vt or vero Bernardini Corij testimonio locis aliquibus, quia ei quoq; in Sfortiarū do-

domo annales osim componenti suos, & Principis nutu  
tabularia cūcta peruolutanti, ad manū fuere, nō solū  
pleraq; corū, quae obtigere nobis, sed alia insuper,  
quae rem hanc historicā apud sacra Archiuia peruesti-  
gādo & vrgēdo frustra perquisiti, cūm alioqui tamen  
eiusmodi monumentorum indicia non obscura tenere-  
mus. E scriptoribus alijs, quicunque res Insubrum  
attigere, olim, siue recens cogniti, nostrates aut exte-  
ri, prouinciam amplexi totam, siue proprij singularum  
dominationum, literahuc nulla translata reperietur,  
vel quia fons narrationis omnibus vnu sicut, vel quia,  
peruestigatione sua nequaquam illi posteriorē hanc no-  
strā in Patriae rebus æquare diligentia potuerunt. Ita-  
que, non Calchus, aut Louius, non Sigonius, aut Me-  
rula, vel Simoneta, non quisquis alius eximere plebe-  
io sermoni, & componere ad aliquam Romanae Hi-  
storiæ similitudinem Insubriae æuum tentauit, cum  
narratione hac nostra, tam fida & sincera, quam incom-  
pta & rudi, commune quicquam attulete præter locos & testimonia ipsa, quæ prolata vltro, & notata extabunt. Neque per iactantiam id ita profiteor, sed ne  
in vlla operis parte, promptis nimium ad talia homi-  
num linguis, actum egisse dictus fuerim; posuiq; sic au-  
thorum nomina, vt si in hoc mentior, notis eorum li-  
bris prompte conuincar. Atque hæc quidem ad fidem  
rerum, ad innocentiam verò & simplicitatem, quæ  
coniuncta fidei est, illud quoque pertinebat. Nullæ  
mihi aduersus nationes & prouincias inimicitiae fue-  
runt, quæ stimularent absurde animum meum, vt ob-

sijia I

A 3 tre-

trectare gentibus vellem . Nulla etiam obtrectatio ,  
vel similitas , aut liuor aduersus Reges Regulosue , vel  
aduersus illustres vrbis familias , vt maligne conqui-  
rerem proderemq . si quid vlla in domo triste olim fuit .  
Sed in tot humanis casibus nataque ad peccandum  
mortalitate , hominum vitia , calamitatesue familiarū ,  
quae tot antè sacula extitissent , nihil ad eos , qui nunc  
essent homines pertinere existimauī , siquidem etiam  
Auorum fortitudo , vel continentia , falso nepotum vir-  
tus diceretur . Et aliorum custodita literis talia si com-  
primere ego & sedulo occultare voluisse , non histo-  
riam texere , sed laudationem venditare dicemur ,  
meritoque deinde abesset fides quoties illustria & glo-  
riosā memorarem . Et bella vastationesq . narrando , si  
quein , aut exercitum , aut Imperatorem , barbarum  
fortè nuncupauī , appellatio fuit ea , nō hominum , sed  
rerum quae tunc fiebant . Adeò gentes post tot an-  
norum spatia easdem non offendī posse arbitrabar ,  
quas praesertim humanitate & cultu nomen hodie ae-  
quare Italum viderem , sicuti tunc armis aequauere .  
Ne patriae quidem pepercī , quoties publica aliqua  
culpa accenderat indignatione animū , & collatae  
in eam laudes citra veri iniuriam stetere . Utinam ve-  
rò scriptitandi laboribus hisce , & in Ecclesiae rebus  
industriā possim in altera vita mereri diuinæ clemen-  
tiae partem , sine qua spe omnis reliqua cura parum  
grata animo meo erat .

Initia

**F**Nitia, & finem Archiepiscopi Chrysolai (nam id  
extremum decimi prioris libri fuit) retuli ego sicut  
in vulgatis erat annalibus, ad eamque famam ip-  
sæ Pontificum tabulæ congruebant. Ceterū, huius  
noui Operis initio, id etiā debui proponere, quod  
inspiciendo monumenta alia, constantissime traditum  
reperi; ac velut integra re, de Pontifice hoc secun-  
diora quædam memorabo. Neque tamen variatio-  
ne & diuersitate hac, litteris tabulisve vllis abroga-  
tam esse in reliqna fidem oportebit, facili nimium in-  
ter famam vtramq; confinio, quod sententiam, etiam  
vtramque sustinere queat. *Quia enim fuerat vtique*  
*certamen, Chrysolau inter, & Iordanem Cliuium,*  
*quodq; de Pontificatu Ambrosiano magna contentio-*  
*ne ambigentes eos ita composuerat Pontifex Maxi-*  
*mus, vt Chrysolao amoto, Iordanem retineret: hinc*  
*potuit adhærescere labes, & nota priori, tamquam*  
*eum, impurum veluti, & infando sacrarum rerum mer-  
catu contaminatum Clerus populusque Mediolanen-  
sis auersaretur. Scilicet illud graue dissidium, &*  
*ex dissidio calamitas Ecclesiæ Mediolanensis, & of-  
fensio popularium, & æmulus Chrysolao Iordanes,*  
*& fautor illius Henricus, & qui pro altero hoc sta-  
bant, & nota licentia famæ, gliscensque semper in*  
*rebus antiquis error, hæc omnia simul maculam for-  
tasse imposuere homini, quam neq; cætera eius vita,*  
*neque controversia tota, neque controversiæ finis*  
*méruerat, vt pro sacrilego, & Simoniaco, fœdo-  
que capite in annales iret. Erat litteratura viro plane*  
digna

*Historiarum Eccl. Mediol.*

digna Pontifice. Theologorum ea tempestate facile princeps: totius Ecclesiasticæ antiquitatis peritus: Latine, & græce doctus idem, non sicuti quotidium, & commune verbum est, sed re vera, quantum in illa quisquam ætate esse posset. Recenset Tritemius utriusque linguae monumenta, quæ Chrysolaus hic reliquerit, additque separatim, quod profanas literas tractasset ac nosset nemo politius interiusue. Ad quas optimarum artium disciplinas, cum usus quoque rerum, & spectata pietas, & præclara naturæ adumenta adiungerentur, dignus idoneusq; usus erat Pontifici Paschali, quem sibi Constantinopolim ad Alexium Imperatorem legaret, confutandæ hæresi, quæ Spiritus Sancti diuinitatem in dubium vocabat. Missus autem eò est ferens alia in speciem mandata super ijs rebus, quæ palam agendæ erant, ne, si aliter fieret, Romanusq; repente disputator in Græcia conspiceretur, irritatio animorum potius ea, quam remedium salubre esset. Ante omnia, periculum fuisse tradunt, ne venienti aduersus insanam eam opinionem legationi minime aditus in Aulam daretur, fauentibus dogmati ijsdem, qui rerum illic potiebantur. Ob id, res aliæ sumptæ obtentui, quæ res, consilium simul, & consilij simulatio erant: negotium altius maiusque latebat illud, ut Græci homines Chrysolai disputationibus, & auctoritate conuellerentur, Imperatorque ipse de Sanctissimæ Trinitatis mysterio saniorem doctrinam acciperet. Ita Constantinopolim profectus, expositis, quæ habebat mandatis, conciliataque sibi Aula, & quæsito apud

pro-

procerum animos fauore, inferendo deinde leniter sermones, & modeste proponendo nonnulla, tenuerat ut certus disputationi dies indicaretur. Controuersum erat caput; an Spiritus Sanctus à Patre simul, & filio manaret, quod Sanctissimum Catholicae fidei certissimumque decretum Græca leuitas trahebat varie, compungebatque suis acuminibus, & prouecti paulatim ut si dubitandi temeritate, iam etiam negare audebant. Theologus enim uero, legatusque Romanus, multa subtilitate, multis auctoritatibus pondereque, & gravitate rationum, in celeberrimo conuentu haud dubie sectam afflixerat, & in vanitate pertinaces, id ipsum mœrebant, quod credere vera cogebantur. Intererat disputationi Princeps ipse, vultuque, & oculis, & fronte perplexitatem animi manifestam ostendens, pudorem, & confusionem addebat elati supercilij Magistris, qui proteue alias id caput in concionibus lacerare soliti, priuatimque etiam implere argumentis aures, nunc fere obmutuerant; & quamuis non desinerent iactare ceruicem vagisque sermonibus extrahere certamen vellent, apparebat tamen esse deprehensos. Eo pudore ac dulcedine erroris rebellantibus animis, phanatico agmine Chrysolaum adorti voluminum imbre in eum effuderunt. Antesignani agminis eius fuere, Ioannes Monachus, & Nicolaus Methones, & Eustratius Nicænus, & Bleminides quidam: per hos tota Græcia libelli spargebantur auctoribus ipsiis nequiores; neq. Chrysolaus tantum, sed vnà cum ipso maiestas illius supremi mysterij incessebatur probris. Ac tulit Græculorum

-510  
vecor-

*Historiarum Eccl. Mediol.*

væcordia fructum hunc, vt Chrysolai disputatio conseruaretur, quæ per latinas literas vniuersa interciderat. Dum enim carpendi, & cauillandi causa arripiunt transferuntque sententias, & locos omneis eius habitæ disputationis, sic custodita memoria est, & eruditus ille sermo literis aduersariorum explicatus ad nostram ætatem peruenit Legatio igitur Constantinopolitana hæc, & propugnatio Catholicæ veritatis ab Romano Pontifice mandata Chrysolao; tum artes, & literæ viri, & illustria testimonia, quæ extant, credere prohibent fuisse tales eum, qualem credidere nonnulli, pecuniaque, yti dictum est, interposita, ad Mediolanensis Ecclesiæ Pontificatum obrepisse. Peccatum utique fuit eius, quod cum praeue, & barbare discors Pontifici maximo Henrico Imperator, arbitrij censemret esse sui, quem quæque Ciuitas Episcopum haberet, diuisaque vires Mediolanum esset inter Pontificem, & Imperatorem, ipse ab ea parte, quæ Cæsarem sequebatur, in sede collocari sese Ambrosiana passus fuerit, sicuti turbatis Italiæ rebus, Episcopi tunc plerique fauore Caesarianorum siebant. Et Chrysolaus quidem iste, flagitosus siue honestus homo, in ciuili certamine, secutus eorum impetum, & studia, qui sibi honorem detulerant, hoc iure Metropolim trahebat. Pars altera Cleri populiq; Mediolanensis quæ magis pontificiarum partium erat, non tam ut faueret Pontifici ipsi Chrysolaumq; deijceret, quam ne aduersarij superiores essent, ibat in lordanem. Clivium, eique suffragij sui prærogatiuam dabat. Ita Archie-

chiepiscopus vterque pellere alterum conabatur, Gibellinique, & Guelfi, huic, aut illi aderant, non hominis vnius quem producerent, sed suam omnium victoriam, & salutem in eius rei discrimine agi existimantes. Vncebant haud dubie Gibellini, qui Cæsaris opibus, & violentia plus, iure causæ minus poterant; ac tenente sedem Chrysolao, Iordanes exsul per Dicœcim extra urbem vagabatur, ea quærens loca, in quibus aliquid pro se esse fauoris, & indignationis speraret. Per Seprienses maxime saltus iuuisse aiunt, quæ patria illi, multumque affinum, & amicorum, & opes auitæ erant. Modoetiæ quoque substitisse ipsum reperio, noctum ibi tutam exfilio sedem, quia municipij illius homines Imperatorem adsperrati, obsequium erga Pontificem retinebant. Id postea meritum remunerando, ac testificando veteris domicilij caritatem, dedit priuatim ornamenta, & decora templo Modoetiensi, quæ adhuc manent. Distracta sic Ecclesia Mediolanensi inter duos, quorum vterque in illo dissidio ad sui capitis discrimina solicitus atque suspensus nihil admodum agere publicæ rei potuit, ipsi per se Mediolanenses, turbata quamquam patria turbatisque animis, Hierosolymitanam expeditionem, quam Pontifex Paschalis hoc tempore instaurabat, amplexi, frequentes iere illuc exemplo maiorum suorum, qui decus idem quaesuerant. Addebat stimulos recens memoria Pontificis Anselmi, cuius mortem, mortisque causas lugebant adhuc, nec excidere poterat ex animis, quod vir-

tan-



tantus, & patriæ tam amans in tantarum rerum co-  
natū barbara in terra sic repente cecidisset. Ei viro  
parentari arbitrabantur quō plures irent, neque inde-  
corum super vestigia ipsius mori. Nobilitas, & opes,  
& multitudo potentium id decus, fortasse hanc Or-  
dini Hierosolymitano, quæ in nostra prouincia durat,  
opulentiam fecere. Neque enim vlla fere ex terra plures  
aut ditiōres in eam Equitum Familiam nomen dedere  
cū primū institueretur. Credibile est, eadem pietate,  
qua Christi causa in tam manifestum tam procul ab do-  
mo discrīmen vitæ ibant, etiam fortunas, quæ multò mi-  
noris aestimantur, in eandem Christi causam conferre  
voluisse. Qui iam ierant, quae ire parabant, ipsi, paren-  
tesue eorum, vel foris inter pericula, vel domi in pro-  
cinctu hæc instituerunt. Sederat enim insuper mul-  
torum animis opinio, quæ apud auaros etiam inui-  
tamentum prodigiæ esset, tamquam vniuersæ mor-  
talitati instaret finis, neq; ullus iam rerum humana-  
rum usus in pereuntis naturæ termino. Auctor eius  
proseminandæ opinionis Episcopus Florentiæ, quem  
sua vanitates impulit, ut falsum prophetam in fine Mun-  
di paratum Christo æmulum, natum iam adultumq;  
esse concionaretur. Cupitores fere monstrificarum re-  
rum sumus, & creduntur facile quæ nimium timen-  
tur. Stolidi concionatoris dicta prompte accepta, nec  
se se finibus continuere illis, & ex re tam inani fructus  
dedere non leues, inhorrescentibus hominibus qua-  
cunque peruaferat fama, & iungentibus horrore pia-  
facta, quorum semper affatim est, vbi præsentis exitij

metu-

metus venit. Sic Mediolani ad terribile Antichristi nomen trepidabatur simul, & religiosè pièque multa agebantur, ita tamen ut partium factionumq; duces pertinaciæ suæ non obliuiscerentur; Chrysolausque, & Iordanes de pristina contentione nihil remittebant. Scilicet, illa de Antichristo credulitas popula-  
larem turbam attingebat magis; siue credebant po-  
tentiores etiam, & nihilominus potior certaminum quām salutis cura erat. Tanti certe terrores Italicas  
v̄bes inuasere, vt Pontifex Paschalis, indictio ad Gua-  
stallam aduersus Henricum conuentu, cùm eò pro-  
ficiuceretur, ea dilata actione Florentiae substiterit, in-  
tereā dum confutata Episcopi leuitate dimissisque per  
Italiā litteris, & edictis, attonita percussaque omnia  
vltro ad securitatem vocaret. Henricus interea, sti-  
mulantibus furijs, deposito Imperio, cùm id repetere  
conaretur, à filio turpi certamine victus, hinc ad pu-  
pendam lapsus egestatem, insigne documentum po-  
tuit esse, ne quis principū Regumue, vñquam diuina  
iura contrectasse hostiliter velit. Ille Apostolicae pot-  
statis inimicus, & raptor, qui Sacrarum dignitatum  
insignia peti ab se vno aequum censebat, qui Me-  
diolanensi Ecclesiae dare Pontifices, dare ciuitatibus  
alijs voluerat, Episcoporum denique vni miserrime  
supplex fuit, vt scelē inter Chori ministros a lere vellet;  
cumque non impetrasset, extabuit dolore simul, &  
fame, iacuitque insepultus. Huius Henrici morte res  
Mediolanensium proxime libertatem venere contem-  
ptu successoris, quem oderant, nec timebant; iam.

B que

que destinantes sibi non liberae modò Republicae formam, sed Insubriæ totius dominatum, consenserat ad exuendum ipsum Imperij nomen, qua seditionum face discors ciuitas agitari solita erat. Magistratus, arma, leges, vitae necisque potestas iam hinc coepere magis arbitrij esse publici; Collegiaque, & ordines varios instituerant, per quos cuncta administrarentur, eunte per singulos in orbem labore, & emolumento, temporibus, actatibus, vicibusque descriptis; & per omnia liberi iam hinc populi faciem videres. Cæterum, ab hoc tempore, iura, & opes, & immunitates Ecclesiae Mediolanensis constat valde esse diminutas. Nam, quae Reges, & imperatores, pietate vel imitatione pietatis indulserant olim ac donarant, ea deinceps residuis in tam potenti Republica partium studijs atque certaminibus, vel ciuium aduersus Archiepiscopos, vel Archiepiscoporum etiam in ciues quotidie attenuabantur. Sed ferociam urbis exultantis noua libertate, damnaque per eam illata Pontificatu Ambrosiano, per temporum deinde gradus, ut quaeque res inciderit, cognoscendi ac spectandierit facultas. Hoc tempore, quod medium fuit inter Henrici patris finem, & filij in Italiam aduentum, circumferendo etiam arma Mediolanenses, id ipsum testari voluere, quod sine domino erant. Cum enim duae minores finitimæ Ciuitates, Derthona, & Ticinum, inter se digladiarentur magis quam bellum gererent, atque in eo certamine Derthonenses diffisi viribus à Rep. Mediolanensi petiissent auxilium, haud grauatim

grauatim inferuere sese dimicantibus, vincebatque  
sine dubio aliena vi pars infirmior. Ideo Ticinenses  
etiam ad opem confugere Cremonensium, simulque  
ab Laude Pompeia supperias accuere. Hi trium Ci-  
uitatum exercitus, cum aequo Marte discessissent, su-  
blati euentu Ticinenses vltro postea Mediolanensi-  
bus ipsis inferre bellum ausi sunt duce Vidone virbis  
illius Episcopo. Non erat indecorum ipsis tunc ca-  
pessere pugnam Episcopis, quodque flagitium hodie  
haberetur, id turbulentia temporum igeniorumque  
illorum laudi insuper apponebat. Gloriosa princi-  
pio res exitum ignominiae dedecorisque plenum ha-  
buit. Non vici solùm Ticinenses, sed quod longe  
calamitosius fuit, capti sine praelio nobilissimus quis-  
que eorum, ceu vaenalium rex Mediolanū in victri-  
cem vrbem turpi agmine ducuntur. Episcopus ipse  
Vido, pro Pastore dux Imperatorque popularium  
suorum ibat in catherinis spectaculum miserabile si  
quod aliud fuerat vñquam. In palarium inde ad se-  
dentem ibi Chrysolaum, inter multa tela, multasque  
ducentium manus venit. Id sacrae dignitati esse da-  
tum videbatur. Caetera nobilium turba infelix, acta  
cum clamoribus in forum, ibi aliquadiu stetit ostentui;  
deinde manipuli palearum circa baltheum vnicuique  
inseruntur; his accensis fumantem cum nidore tetro  
cateruam dimisere ut domum irent. Non felicius  
Cremonenses pro socijs Laudensibus pugnauere quam  
ipsi pro se Ticinenses mouerant bellum. Capti vr-  
bs Cremona mitiorem tamen haud paullo Mediola-

B 2 nensis

mensis populi victoriam experta est, quam cum olim inter Vespasianum Vitelliumque data incendio, & ruinis, horribile ad caeteras etiam exemplum fieret, ne fese partem alieni belli facere vellent. Mediolanenses contenti victoria intactam coloniam reliquere. Mox aderat nouus Imperator Henricus malo parentis, pessima proles, & augendi per Ecclesiae iniurias imperij audior penè, quamvis imitamenta religionis ad principia rerum adhiberet. Veniebat sumpturus Mediolani, dein Romae coronas insignia fastigij Caesarum; ac ne praesidijs parū infixa illa mansuetudine, & pietate esset, ducebat triginta armatorum millia quae ob stolidum gentis robur, multò maioris exercitus speciem faciebant. Mediolanenses, licet iam haud dubie in possessione libertatis essent, vltroque infinitimos imperiū exercerent; tamen nihil cunctatim accepere venientem, siue quia tantus terror exercitus obstupeficerat repente animos, siue quia, ut coronatus abiijset, nulla in re fore molestum eredebant. Ab Archiepiscopo Chrysolaō est coronatus. Namque exsulem Iordanem longius etiam quam antea summouerat strepitus, & fama venientis Imperatoris, ex cuius factione ipse non erat. Vadentem inde Romanum Henricum Archiepiscopus idem est assecutus, estque hoc inter acta, quemadmodum Pontifici Paschaliti Chrysolaus Mediolanensis Principem tradiderit de manu in manum, ut Imperator ab eo appellaretur. In iisdem Romanae coronationis actis reperi; cum exorto propter importuna Caesaris postulara tumulu

tu multu, captoq; Pontifice, Caesar viciissim ipse ad necem appeteretur, euasisse perniciate equi, quem ei Otho quidam Mediolanensis ex Chrysolai affeclis obtulisset. Othonem cum quia Caesaris effugium dedisset, à populo Romano interfectum, multaque vulnera ex animi iam corpori addita in contumeliam. Pontifici Maximo, per pactionem dimitendi captiuos Cardinales, extortum à Caeciliis privilegium, ut liberum solutumque ipsi esset; Abbates, & Episcopos in possessionem Ecclesiarum inducere quos velle; cuius honorem non haberet ipse ratum, is ut ne consecraretur. Haec Caesaris in Pontificem violentia, cùm in illius comitatu Chrysolaus esset, nō liberat suspicione hominem, quem nos absoluere criminis, cognatus sumus. Caeterū, Mediolani spes quotidie magis ea crescebat, quam de nouo Imperatore conceperant animis; fore nimirum, ut auersus in alias ille curas, vel longinquitate ipsa, vel ingenij mobilitate urbem hanc sineret esse sui iuris, astuerceret que non magis quaerere quicquam eorum, quae hic fierent, quam nos quid in media Germania fieret, quaereremus. Hac spe Consules Principesque urbis, iam haud dubie imminentes Insubriæ totius imperio, Laudem Pompeiam aggressi in potestatem redierunt. Omnia exempla seueritatis in captam eam urbem edidere, siue ab vetere odio, siue ab recenti ira, quod aliquandiu morata victoriam esset, siue sparmando infinitimos terrori, siue ne quid virium ad rebellandum relinquatur. Diruta moenia, dirutae aedes,

in



incapita quoq; faciuitum ; pauculi vici superstites fure , cùm antea laxe spatum vrbis pateret . Sublati publici mercatus, non cum finitimi modò , sed etiam interipso; quodque priuati semper arbitrij fuerat, vt ex qua cuique visum esset domo, vxorem duceret , id sub durae legis vincula coniectum, editio, ne qua mulier vlla ex domo enuberet, ne quis vir vlla ex domo duceret , nisi prius ad Consules Mediolanenses de eo connubio esset relatum . Denique religionis etiam habita cura , & populus ille Laudensis, in verba Pontificis Romani solenni iureiurando adactus; Episcopumque vrbis eius Ardericum reperio, conceptis verbis pro concione eiurasce, & abolesse acta omnia Obizonis, Fredézonis, & Reginaldi, qui treis ante ipsum Episcopi, Caesaris fauore praeter Pontificis auctoritatem, Ecclesiam illam administrarant . Id haud dubie factum esse debuit ab Arderico Consulum Mediolanensium impulsu , qui, occupatis quamquam animis ira, odio , victoriae aetu , & tanta rerum caligine , propugnationem eam pontificiae dignitatis suscep- runt . Namque vis illa per Imperatorem illata Christi Vicario, captiuitasque eius, & Cardinalium, & expressa per ultimam necessitatem Apostolica iura, & factum illud indignissimum offenderat omnium animos ; passimque auctorem iniuriae detestantes , partem alteram miserabantur etiam qui antea infensi fuerant . Et per offensionem alienationemque eam reuocatus ab exilio fortasse Iordanes ad gerendam vñacùm Consulibus rem ad fuit, isque in constituendo

do vicitur urbis statu, rationem praecipue habuit, ut simul Apostolicae sedis dignitas, quae tot modis erat violata restitueretur. Sed neque deerant, qui, cum aliqua in Pontificem ipsum indignatione fremerent, exprobrarentque quod viuidum olim illud, & vere Apostolicum ingenium humano metu debilitatum infractumque esset, ac pene cessisset possessione Pontificatus. Quas ille voces, & Ecclesiae querelas, cum fiduum amicorum susurris assidue verberarentur aures, ferre non poterat, multumque contestatus, factum esse captiuorum Cardinalium causa quicquid fecisset; indicto Concilio, vocatisque in Lateranum patribus, anathemate defixit Henricum, & priuilegium illud miserabile abrogauit. In eo Lateranensi conuentu, actionum omnium prima habita est, ut Mediolanensis Ecclesia redigeretur in tranquillum, laetique patres eam relationem accepere. Adeò, publice displicebat, esse dissidium illud in Metropoli, Chrysolausque tanti nominis vir, & Iordanes ipse, quod maiore per omnes terras fama erant, eò grauius discordia ipsorum, & Ecclesiae illius calamitas accipiebatur. Cùm tanta sedis Apostolicae res ageretur, eiusque negotij causa Concilium esset indictum, conueterat tamen res Ambroiana statim omnium in se curas, & Romanae confirmandae maiestatis initium fieri non posse arbitrabantur, nisi prius Ciuitas ea conquiesceret, cuius semper agitatione, & motu pleraque concuterentur. Pontifex maximus primo Concilij dic, de ea Mediolanensi controuersia cognoscere Cardinales.

dinales iussit. Postero die, sententijs dictis, decretum  
in hæc verba est factum. Quia neque necessarium,  
neque utile est, Chrysolaum Episcopum, relata Ec-  
clesia, quam initio tenuerat, alteri Ecclesiac præcesse;  
ideo Chrysolaus ad pristina gubernacula redito; Ior-  
danes Metropolim Ambrosianam obtineto. Ita cum  
bona pace Chrysolaus cessit Iordani. Iordanes in-  
dequiete ac pacate Mediolanensem Ecclesiam rege-  
bat. Concilium statim prouinciale habuit, agitando  
& quaerendo quanam ratione prouincia tota reu-  
caretur ad sedis Apostolicae auctoritatem, assuesce-  
retque populi nusquam aliunde pendere. Prouincia-  
les Episcopi conuenere decem, & octo, hique cernen-  
tes inclinata ad Pontificis nutum omnia, labantem  
Caesaris causam, & Archiepiscopi constantem ani-  
mum, fuere in officio, etiam si quos obnoxius bene-  
ficijs animus, & dispar occulte voluntas in partem al-  
teram inclinaret. Ab hoc prouinciali conuentu, mul-  
ta iam erant expeditiora Iordani, tollebaturq; paula-  
tim re ipsa Caesaris Regnum ex omni Ecclesiastica  
iurisdictione Mediolanensi, sicut ex ciuili Imperio, spe  
ac destinatione sublatum iam in eadem vrbe erat.  
Mouebantur loco profani homines adepti olim sacra  
munera commendatione Caesarianorum: acta re-  
sciendebantur omnia, quaecunque nominis, & fa-  
uoris eius suspicione aliqua tamquam rabe infecta es-  
sent. Ac veluti templa sanguine humano violata ex-  
piantur, condunturq; de integro caeremonijs, & ritu-  
bus, & adspergine lustralis aquæ; sic Mediolanensis  
Ecclesia

Ecclesia per Iordanem Archiepiscopum purgabatur  
hominibus & institutis illis, aliquique homines, & alia  
legitima instituta dabantur . Rursus , auctoritas  
& robur, & momentum omne addebatur actis, quæ  
Romani Pontificis auctoritatem , & nomen præfere-  
bant , vidimusque ipsi Modoetiae in templi illius ta-  
bulario patentes literas Archiepiscopi huius , & di-  
plomata firmandis priuilegijs, quae Anselmus Val-  
uasor constantissimæ , & incorruptæ erga sedem  
Apostolicam fidei templo eidem indulsisset . Haec ,  
& alia præclare agentem Iordanem mors abstulit ,  
non illa quidem plane immatura , cæterum , ut exi-  
stimare licet , non nihil etiam tot curis exilij certami-  
numq; & totius vitæ laboribus approporata . Obiit  
nonis Octobris anno octavo postquam acmulus Chry-  
solaus ex Pontificis decreto vacuam ei sedem reliqua-  
rat . Institutum ab eo est in Ecclesia Mediolanensi ,  
ut ad i v. nonas Nouembris, anniversario per omnia  
templa sacro precibusque manes mortuorum expien-  
tur, addiditq; funebres ipse ritus, & mortualis pōpae  
caeremonias ; ex quo credere licet , hominem fuisse  
valde memorem mortalitatis , ac de futura vita soli-  
cite cogitantem . Sed & bella gessisse cum tra-  
dunt , coniunctisque cum Mathilde viribus Paschali  
contra Henricum adfuisse . Mathilde fuit virgo, quæ  
tempora illa sexumque suum nobilitare potuit, si nihil  
aliud, vel in seminarum umquam animis, vel in eo se-  
culo memorabile extitisset . Regiae stirpis adolescen-  
tula, cum innupsisset Lotharingiae Duci, diem suum

C obierat

obierat maritus antequam iura vlla matrimonij usurparet. Sic manserat puellae decus illibatum. Patrium inde imperium vnà cum Beatrice matre per omnia regiarum virtutum exempla administrarat. Eius morte rem adepta paternam omnem, propugnando Pontifice, quicquid armorum, & opum habebat, occupauit; consobrinusq; p̄sius Henricus illa clades Apostolicæ sedis haud infestiora vlla quā Matildis arma est expertus. Haec denique virgo suae ditionis oppida, & fines legauit Apostolicae Sedi, idque D. Petri patrimonium fuit. Et cùm ad incrementa Catholicae fidei magnopere pertineret nubere ipsam Vulfoni Bauaro, dedit in secundas sece nuptias ea conditione, ut intacta relinqueretur. Fuerat propinquum ei genus cum Episcopo Chrysolao, nec valuere sanguinis vincula, ut in Mediolanensi controversia sece illi adiutriçem præberet. Quin etiam, Iordanem, ut dixi, fama est, aduersus Henricum rem gessisse vnà cum Mathilde, minime dubium argumentum, quin Iordani ipsi fauerit magis. Decessit Mathilde ad x. Cal. Sextilis anno salutis centesimo quinto decimo supra millesimum, hoc est, biennio ferè antequam Ecclesia Mediolanensis à Paschale Iordani adjudicaretur. Nec ultra biennium inde aliud Paschalis ipse superstes fuit. Is quinto sui Pontificatus anno, cùm Episcopo Ticinensi priuilegia quædam antiqua renouareret, id quoque adiecit, ut Monasterij Cairatenis administratio, quod est in Dioecesi Mediolanensi ad Episcopum illum Ticinensem pertineret. Eius Ecclesiæ

fiae

siac Clerique praedia & loca omnia, & fines auctoritate sua Apostolica vetuit premi vllis militum hybernis aut aetiuis, nisi si incideret aliquod eiusmodi tempus, ut Pont. Max de ea immunitate aliter censem, assentireturque temporum, & bellorum necessitati. Per eos annos siccitate valde laboratum est, furentiumque ventorum tanta violentia, ut in prodigijs locum acciperetur. Crebra incendia fuere Mediolani, lexque ideo de ignibus lata, ne accenderentur scilicet quandocunque saeuiret ventus. Ea lex, cum forte violata vna in domo esset, indeque ortum incendium in vicina tecta traieisset, domum familiamque eam absque vlla postliminij spe, perpetuo exilio fuisse damnatam tradunt. Multas sacras ædes, & publicæ magnificentiae opera incendio illo esse absunta cum ex prioribus adhuc ignium damnis reficerentur. Causam fuisse calamitatis, præterarentia cuncta humi flatusque turbinum, etiam aedium regmina ex paleis, aedesque ipsas ex tabulis cratibusve ignium alimento. Bellator foris, domi seditiosus populus, Italiæ dominatum appetens, vicissim ipse finitimorum externorumque semper inuidia solicitatus, sic tunc habitabat ob belli clades, ob tumultus intestinos, ob celestes denique iras. Nec mirum, si in tanta opulentia, tanta que ciuium nobilitate non potuerant instaurari veterum aedificiorum ruinae. Nam vbi quies ab hoste contigerat, vel vbi ipsi quiescere suerant hostem, grauiora intus mala seditionum oriebantur. Et postquam hæc ipsa quieuerant, repen-

C 2 tinac



tinae aderant calamitates, quas consuetudo quotidiani sermonis, fortunæ nomine appellabat; re vera, Numinis irae erant in fastum & violentiam urbis. Ita, ferocis & inquieti populi maiestas, velut ad ludi-brium humanæ superbiae iacuit aliquandiu tegetibus, & asseribus inuoluta. Ingrati profecto sumus erga Numinis eiusdem indulgentiam, & sine cura vel cogitatione vlla trāmittimus hoc ipsum, quod priuati ciues in vrbe nostra habitent hodie principum ritu; principum recta sufficere regibus possint. Excurruat late vicorum spatia: spatiantur foræ: fatigat oculos aedium altitudo: suburbia sunt urbium in-stat: vrbis ipsa, caminorum syluis, & immenso te-ctorum campo domicilium esse humani generis vide-tur. Frontes, & fastigia, & valuxæ domiciliorum ma-iore sunt pretio quàm alibi templo. Et templorum hīc ea Maiestas, vt inter diuina & rara decora pos-fit nobis hoc etiam exprobrari; quòd in nulla magni-ficiens, & augustius vrbe eoli se patiatur Numen. Marmore & pictura, & architectorum ingenij nitent-eriam artificum aedes, & stamus adhuc in domorum limine, nec dum pretia supellectilis, & cumulata in-tus prodiga cuiquam exprobramus aequatura singu-lorum oppidorum praedam si Deus immittat hostē-ham masve, quae exhaustant. Ab storeis, & ha-zundine peruenimus in has delicias, neque tamen meliores sumus quàm cùm piacula illa diuinitus im-mitterentur. Sed me contemplatio veterum mis-teriarum, & præsentis felicitatis paene non fentien-tem

tem ab instituta narratione auertit. Cùm tam parata  
ad concipiendos ignes vrbis fere tota eslet, & flabra  
ventorum perpetuo adiuuarent quandocunque par-  
ua vna scintilla materijs hæsisset, alio super aliud or-  
iente incendio, descensum denique cò est, vt omis-  
so ignium vso, crudis potius vescerentur, ne quotidie  
conflagrarent, quod Donatus Bossius refert. Aucto-  
rem citare debui, quia durius paulò ad fidem videba-  
tur, non potuisse tantac vrbis populum, quamuis rap-  
tim, excitare tecta & domos, quas non adeò facile  
perrumperet flamma. Eiusdem Bossij chronica cùm  
inspicerem ad hosce incendiarios annos, in tem alienam  
incidi, quam cum aliquo tantarum variationu m pu-  
dore referam tamen. Chrysolaum is, ab Imperatore  
Conrado, iusto praelio victum, atque Pontificatu fuisse  
deiectum narrat. Successorem ei, non Iordanem  
Cliviam adscribit, sed Ambrosium quendam ex Me-  
diolanensis Ecclesiae Cardinalibus, vt verbo ipsius  
vtar. Cardinales siquidem Canonici illi antiquitus  
fuere appellati, hodieque non absimilem ei vocabulo  
in templo ornatum ferunt. Addit huic suae narra-  
tioni Bossius omnia, quae tem accipi tamquam non  
ex vano haustam cogant, nisi potiores auctores iam  
diuersam eius rei fidem occupasent. Pugnae lo-  
cum notat circa Abduae fluminis ripas: obsecum ibi  
Chrysolaum aliquandiu, mox per intermissa custodijs  
loca sese eripuisse hosti, Mediolanumque profugisset  
sic ad vrbem omni compulso bello, varia fortuna di-  
micatum in ipsis prope portis, donec Imperator ferro  
ignique

ignique suburbia tota perpopulatus, agro Mediola-  
neasi excedere statuerit. Cum inde excederet fini-  
bus, omnem in eo consumpsisse iram, uti per praeco-  
nem ediceret, indignum esse Pontificatu Chrysolaum;  
pro eo meliorem honestioremque virum dari, Ambro-  
sium scilicet illum ex Templi maximi Canonicis, qui  
Metropolim in posterum regerer, atque tucretur. Ad-  
dit vero fabulae auctor; cum sub moenia pugnaretur,  
etiam inter infestas utrinque acies spectaculo fuisse  
singulare certamen Eriprandi Vicecomitis, & Bauerij  
cuiusdam, qui Conradi fratri filius praeципua fero-  
cia pugnam cieret. Ex prouocatione dimicantes eos,  
vanis primò ictibus lanceas inuicem perfregisse: dein-  
de rem ad gladios manusque deductam. Eriprandum  
in eo conflictu cum sese proprius insinuasset, iniecta  
in cassidis bucculam manu Bauerio iugulum hausisse.  
Subtexit inde nouas ipsorum inter se exercituum im-  
pressions, inclinationes, & submissis hinc inde sub-  
sidis non semel utramque restitutam aciem, & omnia,  
qua; vel ancipites praeliorum euentus, vel artes im-  
peratorum oblectamenta legentibus parant. Nec  
sanè miraculis, & prodigijs parcit, tamquam e celo  
quoque fidem, & auctoritatem petat. In templo D.  
Vincentij, cum ille suffectus in Chrysolai locum Am-  
brosius à Brimone quodam Archiepiscopo in conspe-  
ctu Germanici exercitus inauguretur, prodigium  
visu dictuque horribile extitisse; parentem atque tu-  
telarem Vrbis Ambrosium stricto gladio minitantem  
Imperatori; speciem hanc media templi regione su-  
blimem

blimem apparuisse praeterca duobus; quorum ille  
consilijs vteretur. Exortum inde tetro cum fragore  
nimbum crebris intermicantibus fulgetris, quantos  
conturbatæ naturæ motus numquam fuisse anteā spe-  
ctatos constaret. Haec ego inter chronica illa Bossia-  
na cùm reperissem, non esse dissimulanda putauī, ut  
hoc exemplo nosceretur Scriptoris illius ingenium,  
ad vana plerumque inclinantis, dummodo admirabi-  
lia sint. Nihil enim inanius esse poterat rerum ista-  
rum relatu, quo temporum ordinem insane per-  
turbat, imperij successionem euertit, nomina Im-  
peratorum miscet; ac ne parum fuerit, humana  
negotia mouisse sic & labefactasse, euocat insuper e  
celo spectra, solicitatque naturam; neque Scripto-  
rum aliustalia somniarat. Iordanī Cluio Henricum  
Capitaneū tabulæ quaedam subiiciunt; eū Gelasij II.  
Summi Pontificis auctoritate ex Templi Maximi Ar-  
chipresbytero Archiepiscopum esse factum; quinto  
anno mortuum esse postquam honorem adeptus  
fuerat; neque res vlla quam in Pontificatu gesse-  
rit, assertur. Plures, omisso Henrici huius mentione,  
Iordanī Bernardum suggerunt Claræ vallis Abbatē,  
qui repudiato Pontificatu, non minus famæ nominis-  
que & caritatis inter Mediolanenses est assecutus,  
quām quisquam alias, ante, postue ipsum, sanctissime  
gerendo Pontificatum cundem assequi potuerit.  
Erat mite ingenium illi; studia plena sanctitatis; mens  
tota diuinarum rerum; prorsus alieni mores ab rebus  
illis, quæ versantur in hominum vita; ciuis Angelico-

rum



rum, & Dei domesticus eminebat illud; corpore tan-  
tum inter mortales agebat. Cumque videret popu-  
lum hunc, inter arma, & turbas, & imperiorum cupi-  
dines insanientem, non esse sibi multorum capitum  
belluam attingendam putauit. Excusata sua tenui-  
tate recusavit modeste honorē, spemque praecidit pos-  
se villo modo flecti, & exorari. Ceterū, omnia quae  
poterant esse officia boni pastoris erga populum Ec-  
clesiamque Mediolanensem, cumulate praestitit.  
quantum quies illa patiebatur, in quam sese abdi-  
fecit. Monendo, & adhortando, & pacificando, com-  
ponere statum Ciuitatis conabatur; extantque inter  
illius ingenij monumenta tres epistolae, quas ad  
Clerum hunc Ecclesiamq; & Ciues publice conscrip-  
tit. Paterne loquuntur, & ostendunt, nomen tantum,  
& speciem Archiepiscopi vitasse Bernardum; animi  
solicitudine, & cura spectasse salutem ac dignitatem  
vrbis quomodo quilibet etiam aliis prouidentissi-  
mus Archiepiscopus spectaret. Epistolae illae fuere  
mihi annualium instar; aperuere rerum fores ac præ-  
tulere facem ad multa, quae quotidiana haec, & er-  
roribus obnoxia scribentium cura non satis explicabat;  
& oracula illa summum historiae decus pandam.  
Rarissime enim tale quiddam in explicanda antiqui-  
tatis memoria contingit, vt ab ijsdem, qui res ges-  
sere, petere testimonium possimus; vt verò sit quae-  
dam insuper testimonio diuinitas, & sanctimonia,  
rarius etiam vsu venit. Bernardus, primo literarum ea-  
rum verbo, Mediolanenses statim appellat suos, quod  
quidem

quidem ad cætera non pertinebat; sed esse notatum  
oportuit, ut verbi eius coniectura satisficeret aliquo  
modo illis, quos videbam non esse contentos aucto-  
ritate tabularum, ut pontificatum Ecclesiae huius Ber-  
nardo ipsi fuisse aliquando delatum assentirentur.  
Ab ea pastorali inscriptione tituloque paterno, vir  
ille Dei, consilia, & preces, & minas, quicquid seue-  
re, quicquid blande dici potuit in populi superbiam  
miscet. Memorat Apostolicae sedis indulgentiam,  
& concessa vrbi Mediolano, quaecunque, vel ad no-  
minis amplitudinem, & famam, vel ad ciuium salu-  
tem, vel ad omnium honestarum rerum arbitrium at-  
que libertatem expedita fuerint. Missos ab Roma  
Mediolanum principes Ecclesiae viros, ut etiam ex  
dignitate ac splendore legationis ceterae Italicae vr-  
bes intelligerent, quantum huic vrbi tribueretur. Si  
studijs, & inclinatione populari, Pastorem vnum po-  
tius quam alium habere voluissent; annuisse sacrorum  
principem, & factos esse compotes voti. Si quosdam  
e ciuitate sua iure belli detineri captiuos indignaretur;  
protinus datam esse operam, ne dolor ille animos Me-  
diolanensium inquietaret. Imperilla quoque, &  
vetita dara esse populi huius magnitudini, soluta sive  
leges in eorum gratiam, ut alterius urbis Episcopus ad  
Metropolim obtinendam ascisceretur. Hactenus  
commemoratio Romanæ liberalitatis erga Medio-  
nenses in D. Bernardi literis erat. Caetera precibus,  
& monitis, & infima obtestatione consumebantur.  
Conquiesceret tandem nobilis populus, inclita nobi-  
tatis,



litas, vrbis plena gloriae, & hominem cupidissimum  
ipsorum salutis audirent. Sedis Apostolicae clemen-  
tiam ita reputarent animis, ut opes, & vim atque po-  
testatem nihilo minorem esse recordarentur. Si per-  
gerent abuti clementia, prompta in contumaces tela  
potestatis fore. Summum Imperium esse Romani  
Pontificis omnium Ecclesiae rerum; neque quicquam  
exceptum potentiae illi, quominus cuncta prout vi-  
sum fuerit, emendet ac mutet. Posse Christi Vica-  
rium aequare summa infimis, & infima rursus attol-  
lere in quantumcunque fastigium ei placitum sit.  
Episcopos instituere nouos, tollere veteres, exau-  
gurate alios, alijs amplificare iura, & fines, redigete  
alios in angustum, penas etiam irrogare quibus ve-  
lit, ad pedes denique suos compellere ex ultimis ter-  
rarum finibus omnes, qui intra Ecclesiae gremium  
vivant. Sequebatur hinc malorum exprobra-  
tio, quae mala perpessi Mediolanenses fuisse  
miserrimo illo secessionis tempore, cum scilicet re-  
rum nouarum, & immodicae potestatis cupidine, de-  
veterem etiam statu euoluerentur. Quis tunc ferre po-  
tuisse opem? quaenam iactare possent rebellionis  
eius emolumenta? Deformatam solitudine ac squalore  
Metropolim abruptis velut ab suo corpore membris,  
& amissis tot provincialium Episcoporum decore,  
qib fuisse olim clara, & celebrata per gentes om-  
nes. Nunc quoque pari culpa, simili fuisse desagra-  
turam incendio, nisi Romana Maiestas ignoscendo  
potius, & sustinendo iras, quam fontes euerendo  
maluisset

maluisset declarare quantum posset. Verum ista quidem iam esse transacta, & sicuti temporum cursu transierint, ita ex partium animis voluntaria obliuio- ne posse deleri. Cauerent in posterum egregij virti Mediolanenses, ne reciderent in eundem morbum; nam si recidissent, non eandem fore salutem. Scirent, consilia esse perfidiae quaecunque ab suasoribus alijs proponerentur; consilium hoc totum esse bene- uiae sinceraeque mentis, quae nec sit errore dece- pta, nec decipere alios tenter. Pergerent iam tan- dem agere mansuete atque amabiliter, & reconcilia- tam sedis Apostolicæ gratiam retinerent. Sic, & con- seruatos ornamenta, quae receperint, & nouis postea beneficijs locum fore. Haec summa erat vnis D. Bernardi literis, quae literae rem hanc historicam magnopere illustrant, vel potius sunt ipsae quarum- dam huiusmodi rerum historia. Indicant enim Chry- solaum, cum alteri cuiquam Ecclesiae praesideret, ad huius Ecclesiae gubernacula studijs populi fuisse ascitum, idque Pontifice maximo, aliquandiu, vel con- cedente, vel non prohibente. Magnum Sedis Aposto- licæ tunc fuisse negotium, ut pacem cu[m] hac Ecclesia populoque haberet: quia no[n] dabant se[ns]e Mediolanen- ses, eo esse descensum, ut prouinciales Metropolita- nae iurisdictioni ac potestati eximerentur. Pacata deinde omnia cum illustri reconciliatione animorum, Metropolimque restitutam. Dubitatum esse tamen, ne parum diurna pax foret, nimiumq[ue] semper ami- ca turbis ciuitas obsequium exsueret rursus. Ea scili-

D 2 cert



er cura Bernardum angebat, pastorali animo respi-  
cientem populi negotia, cuius esse pastor recusarat.  
Cumque vel litterarum illarum acres, & veri sensus,  
& tam viuidae cohortationis amabilitas, vel tot praec-  
teritorum malorum taedium quotidie magis cuncta  
tranquillaret, essetque rerum, & animorum ea facies,  
quae perpetuam ex turbulentissima tempestate quie-  
tem spondere videretur; alterae mox eiusdem Ber-  
nardii subsecutae literae gratulabantur Clero Medio-  
lanensi sanas iam mentes ciuiam, & composita om-  
nia tam grauiter ac decore, quam dignitas, & ampli-  
tudo Ambrosiani nominis postularet. Laudabant  
huius Cleti cum singulari pietate prudentiam, quae  
sacuentem discordijs, & contumacia populum ad-  
ducere sic ad aequitatem potuisset. Tantæ rei famam  
late manasse per terras om̄eis, & hilarasse cuncta;  
vniuersam Ecclesiam triumphasse numerosae so-  
bolis salute, quam plane deplorarat. Deum ipsum  
laetο ac sereno vultu accipere gratissimum id munus.  
Se quoque protinus vñā cum ijs qui nuncium sibi op-  
patissimum attulissent, venturum fuisse Mediolanum,  
rum debitae gratulationis officio, rum rerum earum  
causa, super quibus rebus scriptas ad se literas ab  
ijsdem pueris accepisset; sed instare Concilij diem,  
quaesibī necessario esset obeunda, neque aliud posse  
praeuerti. Statim ab eius officij perfunctione datu-  
rum operam vt Mediolani esset. Haec ad Clerum  
scripta erant, qui, Patrem, sicuti apparer, inuitarat,  
nimirum vt iphius auctoritate ac nutu tollerentur si  
quae

quac veterum certaminum fibrae, vel in praesentia  
minuere apud aliquorum animos synceri gaudijfru-  
stum, vel in posterum dare materiam segetemque  
discordijs posse viderentur. At inuitanti separati  
populo talia quaedam rescripsit. Honorificum de se  
iudicium insignis ingentisque populi minime recu-  
fare, tantoque promptius ac lubentius accipere mu-  
nus oblatum, quia facto seditionum omnium sine  
cum Apostolica sede redierint in gratiam, & summa  
generis humani gratulatione consistant iam intra  
Ecclesiae sinum. Caeterum, sicut ipse gloriari de-  
beat, quod obscurus humilisque homo ab nobilissi-  
ma, & maxima ciuitate pacificator adhibetur, ita  
vicissim ipsis etiam fore honori, si, cum nullis vn-  
quam armatis hostibus cesserint, multarumque vr-  
bium coniunctos exercitus claris per terrarum orbem  
victorijs fregerint; ab eiusmodi nunc homine flecti  
sese patientur, ut finitimi ciuitatibus dent pacem.  
In praesentia sibi opus esse properato, ut ad Concilij  
tempus occurrere mature posset; postquam ei neces-  
fario muneri satisfactum sit, primum, & antiquissi-  
mum sibi fore munus, ut Mediolanum ad societatem  
pulcherrimi operis accurrat, & parte gloriae fruatur.  
Concilium erat Pisasindictum ab Innocentio II. con-  
stituendis Ecclesiae rebus, stabilienda atque firman-  
da per Italiam paci, & super omnia comprehendis.  
Anacleti conatibus, qui factorum principatum te-  
mere usurpans, & iusto ac legitimo Pontifici opposi-  
tus nouum id sibi nomen sumpserat cum antea Pe-

trus.



eris Leo vocitaretur. Ei concilio adesse Bernardum  
oportebat ob inclitam viri sapientiam, & famam,  
quaciam in tantum egressa erat, ut nulla publica, &  
magna res satis commode administrata, satisue recte  
consultata esse videretur, ad quam adhibitus ipse non  
foret. Volebat ille quidem ut dixi fugere strepitum  
atque tumultus mortaliū rerum, ab eratque procul  
ab hac humani animi leuitate, & morbo, qui nullam  
nisi cum pompa, & specie plausuque vitam amat.  
Sed auctoritate Pontificum, Cardinalium precibus,  
studijs, & concursu clamoribusque populorū, princi-  
pum voce deposcebatur magnarum Ecclesiae contro-  
uersiarum desceptator, arbiter pacis, calamitas, &  
fulmen haereticorum, confutator, profligator; pa-  
rens omnium salutis. Et ubi semel prodierat ex quie-  
te & umbra, in arenam, & solem, nullus pro Catho-  
lica fide dimicator acrior fuit. Ille Lotharium Impe-  
ratorem Henrici utriusque furore pontificalia iura ap-  
petentem fregit. Gulielmum Pictaviensem aliam Ec-  
clesiae furiam iniecto mirabiliter terrore sanauit:  
improbæ sectæ principem Abailardum, rationes, &  
argumenta illius in conuentu celeberrimo compes-  
cuerne hiscere ultra auderet. Ac crescente succes-  
sibus rerum ardore animi, castra quoque, & acies id  
celeste ingenium sensere. Indignatus enim, navale  
Christi solum, & salutis nostræ monumenta tenere  
barbaros, concionibus primum effecit suis, ut indi-  
gnatione eadem ardescerent principum Christiano-  
rum animi, dein Carnotensi conuentu, belli eius ge-  
rendi

rendi administrator est electus. In Pisano hoc conuenit, qui Patrem ab Mediolanensi profectione tardabat, non alterius magis constantia, & robore auctoritate perfectum est, ut Pontificatus maximus, dominata importunitate ceterorum, in eo retineretur capite, cui diuina prouidentia fastigium imperiumque id parat. Et res ea quidem hunc exitum habuit, ut damnato Anacleto Romanam Ecclesiam Innocentius teneret. Bernardus vero statim ab dimissio Concilio memor eius, quod de re Mediolanensi inspicienda, & ordinanda susceptum habebat, nihil constatus est, quominus recta inde Mediolanum proficeretur. Tradunt alij, non voluntariam eam fuisse Bernardi profectionem, sed iuslām à Pontifice maximo, Conclique totius auctoritate susceptam ad confirmandum statum urbis, quae reconciliata tunc primūm Apostolicae sedi, piacula veterum culparum, & remedia in posterum vltro exposcebat. Illud visum est, factum fuisse diuinitus, quod cum patres ab Pisarum urbe redeentes domum, circumuenti latronum indagine, spoliatiique, & vulnerati, & abducti, miseriatur omnium exemplum fuerint, iuit diuerso. Bernardus itare, saeuumq; ludibrium effugit. Nisi peregrinatio, siue legatio illa Mediolanensis alia regione dedisset viam, ipsum quoquo fuisse peritum autumant. Venere Mediolanum vna cum Bernardo, Cardinales duo, Vido nempe Pisarum Episcopus, & Matthaeus Episcopus Albanensis, quo plus momenti ad regendos ciuium animos coniuncta trium auctoritas, & sapientia.



sapientia afferet. Quiatales Bernardo comites iere, adducor ut credam, iuisse legationem Pontificis, & Concilij iussu quamquam ipsius Bernardi literae alio coniecturam trahant, & rem fuisse antea vltro agitatem testentur. Nisi si forte fuit vtrumque simul; ut nimium, cum Mediolanenses, Bernardum, sicut literae iam prolatae demonstrant accersiuerint, ipseque annuisset, accesserit ad studia populi illius, Bernardique propensionem, & officium, publica etiam Ecclesiae auctoritas, atque ita Cardinales missi. Fuit in eo comitatu Carnotensis quoque Episcopus Gothifredus nomine, qui tempestate illa litteris, & dignitate vitae excellebat; inde fecerat sibi magnum ubique nomen, & erat ei cum Bernardo familiaritas ea, quam similiudo studiorum & animorum facilè contrahit, creditusque est ipsius Bernardi rogatu ac desiderio iter illud suscepisse. Inlyta ea legatio Mediolanum ibat, miraculo getibus ob virorum famam, quales numquam fortasse antea simul conspecti erant, maximumque miraculum Bernardus ipse incedebat; unica spes Ecclesiae, simulacrum Apostolicae seueritatis, Regum quoque terror; in paupere lacerna squallido, & venerando ore maiestatem splendoremque Cardinalium, qui simul ibant, obscurabat. Constans fama est, id que inter caetera legationis eiusuenta scriptores narrauere; cum ad septimum ab viba milliare peruenissent, humillimo amictu Bernardus, & nitentes insignibus suis Cardinales, reliquumque Romana opulentia graue agmen sequeretur, obuios ibi maio-

re

te agmine Mediolanenses spectaculum edidiisse, quicd,  
& tunc stupori intuentibus fuerit, & futuris deinde  
seculis admirationi esse posset. Nam quasi ab vilibus  
ignotisque capitibus auertentes ab caeteris ora oculos-  
que, vnum omnes circumstetisse Bernardum, perinde  
ac si veniret solus. Quà conspexerant Patrem, certa-  
tim accurrere illuc, ingruere mixta primoribus plebes,  
clamoribus celebrate altis inclitum nomen. Etiam  
ante clamores concursusque eos, senserant in itinere  
Cardinales, & quae simul ibat aula, intercidisse plau-  
sus, adulationemque, & motus inanes erga fulgorem  
honorum, & ludibria fortunae; versa omnia erectos-  
que animos in hominem diuinum, qui mansuete secum  
iret. Itaque locum dabant irruenti ad Bernardum  
populo, & illius alienae gloriae spectatores siebant;  
haud paullo iucundius afficiebantur, quām si plausus  
ille daretur sibi. Tunc Mediolanenses accedere pro-  
pius, ut ieenum illud, & regale os usurparent, dare os-  
cula pedibus, contingere tunicam, velle inde praeci-  
dere aliquid; ac fuerat ille in periculo, cùm aduersus  
rantae multitudinis aestum minime sufficeret attenua-  
tum inedia corpus, & naturali etiam temperamento  
gracie ac delicatum. Cardinales ipsi iusserunt adstante  
qui turbam summouerent. Singulis inde accessus da-  
batur, stabatque Bernardus inhibens manu, ut quis-  
que accesserat, & hortabatur adire potius legatos  
alios; horum insignia sacramq; dignitatem venera-  
ti; neque dicta ea quicquam proficiebant. Tantò ma-  
gis appetebatur; & narrant, quibus interea signis

E      Deus

Deus ipse viri sanctitatem, & populi consensum mirifice comprobarit. Multi, quos variac, & inueteratae, corporis calamitates infestabant, ab eo diuini hominis contactu, & adspicu firmiores discessere, quam qui nullum eiusmodi incommodum attulissent. Stratis inde per totum passim iter ad urbis usque portas alijs, quos Bernardi nomen, & audita iam miracula ad spem eandem excitarant, ipse transitus, & umbra Patris, nouae cuiusdam vitae initium, depulsis, & abstensis illico prioribus poenis dabat. Magna ea Daemonum fuisse strages fertur, qui cum insessa diu corpora, cœta castella quaedam tenerent, ibique per clamores horrendos, per infelicium cruciatus, & tormenta, secundum imperium exercerent, Bernardi nutu sedes relinquere illas cogebantur. Ejectionum earum variis casus, & late profligatas Bernardi superciliosum murum cohortes, ac teta solutas obsidione animas cum sua quamque pugna representauere quibus cordi fuit, eiusmodi quoque tristes memorias retinere inter maximarum Ecclesiæ rerum consilia, & acta. Nobis praefat hoc loco repetere negotia Metropolitana statumq; Provinciae, & urbis, ut cognoscantur, & causæ quaenam fuerint eius legationis mitten-  
dae Mediolanum, & res ipsæ, quarum rerum gratia Mediolanenses ultro Bernardum accersiuissent, & origo etiam bellorum cum ciuitatibus, quæ legatum auctoritate reconciliandæ erant. Iam primùm igitur, Vibem Nouocomum, praeter eam, quæ superius demonstrata est, Insubriæ subigendæ cupidi-  
tatem,

tatem, aggressi bello fuerant Mediolanenses moti irā  
ob Landulphi Carcheni necem indignam, indeq; ar-  
morū causam aude atripuerant, inuenturi utique  
aliā, nisi ea oblata esset. Ciuitate Mediolanensis  
erat Landulphus. Comenses eum ex praetura quam  
forte ibi gerebat, suae vrbis Episcopum apellarant  
Henrici Imperatoris nutu, deinde translatis ab Caesa-  
re ad Pontificem Romanum studijs, accepto quem  
hic dabat Grimoaldo, eiecerant, & redire conantem in-  
terfecerant. Ea in ciuem suum iniuria Mediolanenses  
armarat, sua sponte, sicut dixi, quacrentes iam vnde  
bellum ordirentur. Initia belli, sicuti saepe fit, penes  
eos fuere, quibus extrema, cladē, & luctum fere-  
bant. Namque Comenses, ad primos Mediolanensiū  
motus, translato in vicinum oppido collem quicquid  
roboris erat, collatisque illuc armis, & infessa ibi ar-  
ce, cui Baratellum est nomen, nocturna inde impres-  
sione adorti Mediolanenses solutius in capta vrbē agē-  
tes, & praedae intentos, magnum eorum numerum  
caecidere, castrisq; etiam hostilibus ditati, prospera  
omnia, & incepto pares eueniū sibi augurabantur.  
Acquis deinde manibus, & neutrō rem inclinante  
fortuna pugnabatur aliquandiu quod prope mirum  
videri posset, inter Metropolim, & paruam illam vr-  
bem; hisque aut illis aliena arma aderant, prout in  
partem vnam odijs, vel in alteram spe, metu officio-  
que aliquo mouebantur populorum animi. Ac ne  
res vlla, ad magni belli speciem deesset, Larius lacus  
nauium omnis generis patiens classem etiam vrinque

E 2 lacel-

lacessebat, quam Comenses paratam domi instru-  
erantque habebant, pars altera adornabat littoralium  
insulariumque ope, quos post rem initio male gestam,  
promissa, & minæ, & insita erga veteres dominos  
odia illis adiunxissent. Cùm magnae vtrinque clau-  
des, & acceptae, & illatae essent, cladiumque omnium  
instar ducerent Mediolanenses, si diutius id cum tau-  
tula vrbe, sibi bellum maneret, vi denique tota co-  
orti, dierū aliquot oppugnatione simul & obsidione,  
in eam necessitatem adduxere hōstes, vt ipsorum ar-  
bitrio se se permitterent, atque iure iurando obstrin-  
gerent, futuros quieturosque ibi ubi populus Medio-  
lanensis iussisset. Diruta incensaque vrbe, vix ut  
temporis parceretur, in media montium convalle du-  
ro imperio collocati sunt. Antiquissimi Oppidi ca-  
lamitas ea sacrumque exemplum, misericordiam ip-  
sis apud omneis, populo Mediolanensi inuidiam ad-  
debat. Neclaeta Metropolis erat severitate sua, vel  
letque mitius egisse; ac remedia, quae nihil dedecor-  
ris haberent, si foret exorata, refouendis ex tanta cla-  
de Comensibus vltro meditabatur. Haec vna erat  
earum opportunitatum, quae petebantur ex Bernar-  
di legatorumque aliorum aduentu, ne Mediolanen-  
ses suum ipsi levitate aliqua damnasse factum, sed in  
eo ipso grauitate permoti legationis viderentur. In  
causa minime dissimili Ticinenses erant. Vrbem im-  
patientem obsequij, ferociae nimiam, modicam viri-  
bus, consilijs absurdam, bello infelicem, instiganti-  
bus parata n, ac saepius rebellem ita afflixerat interne-  
cione

cione Metropolis eadem , ut non peneret modo ,  
sed etiam pudore , Copiebant eas quoque ruinas in-  
staurare , ne carnis eis virium dicerentur ; sed post  
tanta odia tantisque iras , & exercitam saeuissime vi-  
ctoriam , deprecatoe opus erat , ut cum dignitate  
aliqua ageretur res . Alioquin , & illis adeo mobili-  
bus ingenij cresceret audacia ad rebellandum , &  
perniciosiores exempli foret ad constantissimas quo-  
que , & fidissimas ciuitates , si deleteri deinde restitui  
statim hostium vrbes viderent ; nec imperij consti-  
tuendi ars , & disciplina , sed quidam leuitatis , & sequi-  
tiae ludus ille haberetur . Pax dari Placentinis non  
poterat aliter quam ut videretur potius ab ijsdem  
quodammodo peti submittendis Imperij fasibus co-  
loniae illi , quae nobiles aliquot ex Mediolanensium  
exercitu per superiora bella captiuos intercepisset .  
Genuenses inflauerat recens Innocentij beneficium ,  
qui vrbe in illa munificentissime habitus , remunerans  
deinde hospitalitatem , exemerat eam huic Metropoli  
atque ulro Metropolim ipsam fecerat , contributa  
Episcoporum parte , qui per Corsicam habentur . Et  
ciuitates denique caeterae omnes , quae afflictæ , quac-  
ue integræ , mutuo consensu animabantur aduersus  
Mediolanenses , & aut ex ipsa ruinarum suarum stra-  
ge , vires , & opes , ac robora validiorum spectabant ,  
aut viribus opibusque suis , fractas , & accisas aliorum  
res ad spem rebellandi minime dubiam vocabant .  
Magna , nec occulta rebus nouandis materies , ut non-  
dum flagrans , & accensa , ita incendium datura atrox ,

fi

Si quid forte moueretur; & quamquam, aut squalerent recentibus damnis, aut fidem obsequiumque fingerent, minitantibus tamen erant propiores. Genus etiam erat ciuitatum aliud aperte detrectantium Imperium, quibus, vel offerre vltro pacem, vel oblatam ab ipsis vllam admittere pacis conditionem, inchoantes Insubriae dominatum nullo modo debuerunt, ob existimationem hominum, & famam, quae in principijs terum cuncta peragit. Ad artem igitur aliam vertere animos, quae nec tunc primùm inter dominantium arcana veniebat, & saepe postea alias venit, ut scilicet religioni ac simplicitati totum illud constituendae pacis negotium permetterent, expectarent exitum, tamquam armorum & artium oblii, si quid in exitu non placeret, ad arma, & artes redirent. Ideo Bernardus tantopere erat expeditus, quo in homine, vitae sanctitatem, & multitudini aptos mores, gratiamque principibus lenitatem, & modestiam, sermonis etiam auctoritas, & nulla in re dispar animus aequabat. Ei viro cùm tanta esset apud omnes fides, & gratia, cumque ipse ex Christi disciplina, pacis omnium cupidissimus, odia, & turbas ipsorum interfectorum mortalium tantopere auersaretur, fore existimabant, ut pro suasore Euangelico, non pro pacis interprete acciperetur, componerenturque ita ciuitatum animi, tam quibus dare ipsi post illata damna fortunam aliquam meliorem specie recusantum volebant, quam vnde aduersus Imperij securitatem, damni, & incommodi aliquid timebatur. Hæc Bernardo per Insu-

Insubriae prouincia cùm destinaretur, non minor  
Mediolani in ipsa Metropolis sede, componendarum  
terum moles destinabatur, quae res ad turbandum  
urbis statum acciderant, postquam ex veteribus illis  
capitalibusque dissidijs, & malis assurgens, quiescen-  
di locum ipsa sibi querere institerat. Sicuti magno  
aliquo incendio sedato, & restincto, leuior flamma  
exorta nonnunquam reliquias absumpsit; ita,  
postquam atrox illa veterum secessionum, &  
anathematum, bellorumque tempestas exsue-  
rat, novo hoc nimbo res Mediolanensem inuolue-  
bantur, hisque domesticis etiam malis remedias qua-  
rebantur ex eadem legatione Bernardi. Post Henri-  
cum, qui Jordani succederat, delato, sicuti dictum est  
ad Bernardum Ecclesiac Mediolanensis pontificatu-  
cùm is recusasset, fuerat honos penes Anselmum Pu-  
sterulam ex nobilitate Mediolanensi, plus nimio fa-  
tiosum hominem, qui clarescere periculis, & agitare  
certaminibus urbem, quam desidem inter sacra vitam  
agere, nominis generique suo honestius duceret. Ad-  
debat animos ei, praeter vetustas opes, & multa mai-  
orum decora, etiam ipsius acta vita inter summas Pon-  
tificum, & Caesarum res, quarum causa legatus in  
Germaniam ierat, socijque legationis eius, Läbertus,  
& Gregorius Pontificatum maximum uterque adepti  
erant. Honorius, & Innocentius fuere nominibus  
nouis, quorum hic fortasse certamine aliquo inter ne-  
gotia legationis irritauerat Collegam Anselmum, &  
ferox animus data deinde occasione ultum ijt. Nam-  
que.

que diuisa circa sacerdotum principatum Ecclesia, cum  
plures, & meiores Innocentium sequerentur, pars  
deterior Anacletum seditione ac sacrilege foueret; Pu-  
sterula noster aemulum oppugnando, urbem quam  
ad sedis Apostolitae auctoritatem vocare debuisset,  
in veteris contumaciae culpas rededit. Sic Archiepi-  
scopo duce, Mediolanenses, contra Pontificem quem  
Deus ipse fecerat, pro eo, quem homines facere vo-  
lebant, stetere. Et accessio sceleris eius fuerat, quod  
secuta Pontificatus dissidium Imperij quoque diuisio-  
ne, dum Lotharius, & Conradus, ille iustus Caesar  
iusto Pontifici, hic adulterino non legitimus adhae-  
rescunt, urbs nostra Archiepiscopi eiusdem auspicijs,  
& consilijs, repudiato qui Pontificem amplecteba-  
tur Caesare, coronabat Caesarem, qui praesidium,  
& factio Pseudopontificis erat. Hinc anathema-  
ta, & interdicta rursus, & quicquid minarum vica-  
ria Numinis potestas in rebelles, & impios iacit.  
Post veteres insanias recetemque penitentiam mereri  
voluerat ea populus, & postquam aderant, noua ta-  
lium rerum detestatione angebatur. Plerosque tan-  
men pudebat tam crebrarum suae ciuitatis vicissitu-  
dinum, & publicae levitatis famam peruersa vere-  
cundia timebant, si parum in malo pertinaces essent.  
Impliciti alij Pusterulae consilij, atque necessitudini-  
bus aegre deserebant consanguineum sive amicum, à  
quo beneficia etiam i postessum, vel si in tantorum re-  
rū conatu tantoque discrimine destitutus foret, aequi-  
postea

sup

postea nihil exspectabant. Hominem esse asperum,  
domi forisque potentem, principum, Regum fauore  
subnixum; rerum exitu victorem fore, vel si non  
vicisset, gratiam certe, & opes, & nocendi facultatem  
mansura; sibi nihil aliud quam damna, & inimicitias  
quacri. Ipsos inter se principes, & irasci, & reconciliari  
quandounque velint: se certaminibus eorum  
intercessor, partis viriusque indignationi obnoxios  
virinque habituros malum, & vnde scilicet stetisse  
ac postea desciuiscent, & vnde non stando lacescens  
iras Victi tamens singuli pluriū consensu, Cleri horta-  
mentis siue diffugib; & squalore sacrorum, petie-  
rant Apostolicae sedis pacem, admiserant Innocentij  
Pontificatum, spreuerant Anacleti temerarios cona-  
cuss, fauorem huius Conradum abdicarant, recepe-  
rantque Lotharium, qui fauebat Innocentio, quem  
vicissim Innocentius tenere Imperium iubebat. Ac  
sicuti fit, ubi flagrantissima pro aliquo studia defer-  
bucere, siue inclinauere in diuersum, non contenti de-  
stituisse Pusterulam, deiectere insuper, aliumque, Ri-  
baldum nomine, suffragio suo Archiepiscopum fece-  
runt, cui postea Pontifex Innocentius ex populi pra-  
rogatiua ratum honorem esse iussit. Huiusmodi factis  
impetrata venia, dirisque, & pœnis ex soluti Medio-  
lanenses, non ideo quietam domi rem habebant, quia  
pro natura, & consuetudine Ciuitatis, inclusa in po-  
tentiorum animis semina, nouas datura calamitates  
videbantur. Qui Pusterulam inviti cunctantesq;  
reliquerant, quibus Ribaldus ipse non placebat, queis

F grata



grata memoria Conradi, queis Lotharij nomen iauisum, quos Innocentij principatus, quo sive Anacleti ignominia mortos habebat, hi omnes, quamquam in ea quæ publicae agerentur, nomen auctoritatemque commoda sent, alte animis merebant, hique turbidos sensus, & aliorum alij tumultuant̄ tacite animos inuicem intelligebant. Sua quibusque, & caeterorum contraria sensibus indignatio, tanto insanabilior vniuersae ciuitatis morbus, quanto grauiores, & caeteris occultae causae; ac indicto velut silentio, nec honeste iam, nec sine mutua irritatione animorum, vici cum victoribus, laeti cum tristibus loqui poterant ea, de quibus paulo ante cum publicarum priuatarumque rerum discrimine contendissent. Ut nuper ex bello pacem, ex pace bellum haberant, sic pacatis nunc aegerrime rebus, vices rursus easdem ipsa se intuēs nobilitas expectabat. Quis quis autem ex longinquō intueretur audiretue conuersos ad Romani Pontificis nutum, alienatos ab rappore Pontificatus, Imperij quoque iusti fautores, & praeteritorum exposcentes veniam, haud dubie sanā iam esse omnia diceret, neque quicquam intra animos latere veneni suspicaretur. In eo statu Mediolanenses erant, cūm, siue meliorum consilio, quales in omni republica semper incorrupti aliqui rep̄siuntur, siue communī ob tam infidas res consensu, Bernardum, & litteris, & nuntijs accersiuere; isque addita sicuti dictum est, ad priuati officij perfunctio nem, Apostolica etiam auctoritate, ad ita affectos ve-

nit.

at. Titulus, & splendor ac pompa legationis penes Cardinales duos, Pisanum, & Albanensem erat. His publice paratae aedes, & lautia præbita, non ipsis modo, sed, & familiaribus eorum, quorum intimus quisque relicti apud dominos, turbam atque multitudinem aulicorum, vrbe tota per hospitia diuisam apparatusissime pro temporum eorum habitu Mediolanenses accipiebant haud sine manifesto certamine opulentiae, quod animorum, & factionum latentie certamina peregrinis indicaret. Volebat vnaquamque paulo nobilior honestiorque domus habere sibi Romanos homines, vnde cognoscere aliquid ex aula arcanis, per quos aditum allegatos facere sibi aliquem possent; paulatimque deuincti caritate conuictus, & xenijs hospites, implebant Cardinalium aures, vel eorum qui proximi Cardinalibus erant, sermonibus varijs, prout quaeque mensa, vota, & solicitudes, & iras proferret. Simul iisdem internuntijs, hospitales mensae domusque ad spergebant rerum earum fama, quas legati secretis apud se colloquijs agitari credebant. Legatorum vero ipsorum aula per salutationis, & officij speciem ab nobilissimis distissimisque ciuium obsidebatur; obseruandoque egressus omneis, & deducendo, & assistendo, magnitudine nominis alij, quidam elegantiam, & splendido cultu, non nemo etiam eruditio sermone peruererant apud Cardinales Legatos in familiaris amicitiae iuta. Conuiuijs adhibebantur, & in congresu saepe uno multum diuersa

F 2 poscentes



poscentes ac molientes aderant eodem vultu, gaudebatque Romanus, & cum suum quisque negotium agere se se putaret, legati publicum agebatur. Cognitis enim omnium voluntatibus, & perspecta partium animorumque tate, facilior ad singulos, & vniuersos quasi medicina erat; ac decreta inde parabantur apud tam aegre civitati. Diversa Bernardo sanandis annis via, confirmandisque, ne in mala deinceps eadem reciderent. Namque orsus ab ijs, quae narravimus, & signis, electoque intra pauperim claustra apud suis similes hospitio, tum ad candem formam taliqua severitate vitae maior quoridie se ipso, & diuinior quidam, non arte utens calliditateve villa, sed simpliciter, Euangelij verbis, & ipsius Dei nomine, si salui esse, si cælestis Patriæ compotes fieri vellet, uti contentiōibus abstinerent admonebat. Nec civitatem quidem Republicamq; ipsorum posse stare moribus illis turbulentis, ac diuinæ esse elementiae quod tamdiu stetisset vrbis impatiens quietis, superba in alios, immanis in se ipsam, sedes, & domus, & officina inimicitarum. Apostolica quoque Iura, spreuistis, falsi Pontificatus auctores, pro Anacletō, obstinati, ab Innocentio alieni, ciectores Archiepiscoporum vestrorum. Quid per hosce annos inausum intemeratumue vobis? Quo vos nomine appellam? Ambrosianos ne? qui ab Romana toties auctoritate descivistis. At patens huius vestri nominis Ambrosius, ut natales, & genus inde, sic animum obsequiumque attulerat. An vero Mediolanenses dicam

,,cam, per quos Insubria tota vastata bellorum cladi-  
,,bus ingemiscit? Metropolitanum etiam decus, ac  
,,titulum istum, qui vos immane effert amiseratis.  
,,Nec vos aduersae vllae res domant, nec secundae,  
,,vmquam ex pleuerunt: nec vestrarum, nec aliorum fer-  
,,re pacem potestis. Et nunc, quamquam verbis ac  
,,vuleu, aequiores præfertis animos, nosque adeo con-  
,,ciliatores adhibemur, tenuitamen interior perseue-  
,,ratis ijsdem humanae prudentiae consilijs, & arti-  
,,bus, quæ diuinae maiestati non placent. Sapientia  
,,ista moribus est in conspectu Dei, qui nisi adsit regat-  
,,que cuncta numine suo, tumultuamini frustra cum  
,,artificijs vestris, machinatoresq; & prouidi estis ne-  
,,quicquam. Video ego Mediolanensium meorum  
,,animos curis aestuantes infelibus fountesque se-  
,,mina nouorum malorum, & in hoc ipso veterum  
,,certaminum exitu torue intuentes aliena emolumen-  
,,ta; taciteq; inde certandi rursus occasionē destinatis,  
,,hoc vno lacti. An falli posse Deum putatis, cum ho-  
,,mines etiam haec videant? An forma sanac ciui-  
,,tatis haec videri cuiquam potest, etiam si vindex om-  
,,nium malarum rerum Deus inulti aliquid sinat? An  
,,Rem publicam, populumque vllum, qui sic regeretur,  
,,vestræ vobis profanæ memoriaræ ac litteræ fuisse diu-  
,,turnum narrant? sua cunctos implacabilitate suisque  
,,talibus victorijs profligatos eversosque reperieris.  
,,Cùm proxima quæque victoria nouæ dimicationis  
,,initium fieret, cùmq; parta foris pace, domigererent  
,,bella, cùm domesticum otium ad perniciem exterio-

rum

rum verteretur, ac rursus inter ciuilia negotia, vidi  
felicioribus inuidenter; haec denique animorum  
portenta, & monstra, ciuitates ipsas fecere monstrum,  
fecere seruas. Arantur hodie magna vestigia, suntue  
nemora, & saltus ubi excelsa domicilia, & turres insa-  
nientium fuere. Parvulae quondam urbes ludibria su-  
perbis dominis, in quas omnes magnarum ciuitatum  
doli saeuaeque imperitantium fraudes exercebantur,  
Metropoli deleta sua, ruinis creuere illis, & imperium  
sub quo ingemuerant, adeptae, exercent eadem vi.  
Rursus deleri has ipsas excindique tandem oportet  
bit, quia fraudibus, & moribus assuere iisdem, quicis  
imperia illa ampliora periere. Vna, & tutissima est  
omnibus magnis paruisque ciuitatibus ad libertatis  
quoque, & imperij perpetuitatem via, quam alta sim-  
plicitas Euangelij, vel potius ipsa per Euangeliū ve-  
ritas, hominibus singulis ad aeternam salutem mon-  
strauit: pax animorum, & quies, & mansuetudo,  
candorque per omnia, qualcm infinita illa sapientia  
dixit esse columbarum. Euangelicus hic candor, &  
simplicissimi mansuetissimique mores, etiam gloriam  
dabunt; res vestra melius ibit: amplias domi opes, fo-  
ris nomen imperiumque habebitis. Nam, & Deus  
ipse regimen humanarum rerum volet esse penes  
huiusmodi innocentes animos, & omnibus homini-  
bus natura optabile imperium facit, quod congruit  
maxime diuinis præceptis naturaeque ipsius simpli-  
citati. Desinite viri Mediolanenses, & abicie quæ-  
so artes istas, quas, vos opum, & potentiae statusque  
disciplinam

, disciplinam appellatis, nos humanæ vitæ ludibrium  
,, atq; cranificinam esse censemus. An potest quic-  
,, quam, vel crudelius, est, vel inanius tali prudentia,  
,, quae otio inquietatur alieno, damnisque suis incom-  
,, moda aliorum quaerit, & mentitur semper, & ancil-  
,, latur, & nusquam laeta est, nisi cum alibi luctum  
,, videt? Saeuissima res est semperque succinta no-  
,, cendi cupidinibus, & clementiae laruam induere  
,, amat: Ridet ipsa secum infame iam irritumque iu-  
,, stitiae nomen, & titulo tamen gloria illo incedit;  
,, idemque titulas instrumentum ei est ad omnia iniu-  
,, sta quae molitur. Sustulit insana haec prudentia dis-  
,, crimen omne recti, & iniqui, & in pudendam auda-  
,, ciam euecta, diuinias quoque leges socias facere sui  
,, furoris tentat, importuna, temeraria, sordida, fallax  
,, & plerumque sacrilega. Sed nec minus absurdia in  
,, felixque, & cœca est, cùm suis ipsa tehnis, veluti ma-  
,, gno arcano inuoluta, & tacite gloriabunda quod ge-  
,, nus hominum impune sic, & occulte cludat, cludatur  
,, ipsa multo magis, iaceatque oculis aperta omnium,  
,, ceu stolidum vnum animal, quod vbi partem sui ali-  
,, quam contexerit, contextum sibi totum egregiè cor-  
,, pus putat, ridentque interea multi speciem eam in-  
,, tuentes. Recidunt denique cuncta in istius præcla-  
,, rae prudentiae caput, vel statim, vel tempore interie-  
,, sto, vel evidenti ruina, vel damnis occultis, quae ad  
,, perniciem deinde manifestam erumpunt. Pernicies  
,, vobis etiam exitiumque paratur, viri Mediolanen-  
,, ses, montemporarium istud, et inancoratum humana-  
rum,



rum, & fluxae etiam alioqui dominationis, sed hor-  
ribile atque sempiternum, quod viritim omneis frau-  
dibus moribusque istis meremini. Talia Bernat-  
dus disserebat in quotidianis alloquijs, ut qui-  
que principum accesserant, talia concionabatur e su-  
periore loco, & grauiora, credo, alia, quae scripto-  
ribus haud quaquam prompta relatū, prælens facies  
terum, & eloquentia viri illius suggerebat. Porro,  
tanta ad eum vndique confluēbat multitudo, ut scrip-  
tor vitæ eius Gulielmus Abbas, qui spectata sibi, vel  
de spectatoribus alijs audita refert, ita prodiderit.  
Cūm intra hospitium ea constipata & coarctata mul-  
titudo per omnia monasterij diuerticula inuicem eli-  
deretur, cūmque debilitatum illud vigilijs, & inedia  
corpus, vñdantibus circum latera pectusque turbis  
magno pere laboraret; excogitatum fuisse hoc, ut Pa-  
ter è fenestra præberet populo se se conspicendum sin-  
gulique admitterentur. Satiri non poterant adspe-  
ctu beatissimo Mediolanenses, ac sicuti Gulielmus  
memorat ille, numerus quotidie magnus panis & vi-  
ni conuehebatur in subiectum hospitio campum, ut  
sanctus Abbas alimenta de super ea nota crucis ra-  
dijsque sui vultus contingere atque afflaret. Perso-  
nabant omnia vocibus exposcentium ab eo cælestem  
opem, ut cuique aliquod remedij humanis insana-  
bile malum erat, nouisque inde miraculorum prouen-  
tus memoratur, qualia spectacula, primo aduentu, Dei  
seruus ediderat. Nec fore piorum animis iniucun-  
dum arbitramur, si post tot hodie secula litteris etiam  
hisco

hunc renouentur. Nam fraudum & artium, & casuum  
humanorum nimium semper habet omnis actas, ni-  
miumque varietates & miseriae semper eadem re-  
currunt. Diuina vero ista, & egressa naturae termi-  
nos atque consuetudinem, tam raro consociant se  
mortalitati quam nomen etiam ipsum testatur; ac si  
cubi eueneret, tamdiu celebrantur, donec gratia noui-  
tatis exolescat, vel etiam obscurantur ambigua mul-  
torum fidei, quibus contumacia stoliditasq; est nihil  
amplius credendi, quam quod oculis subiiccere. Quae  
nunc ego referam, accidere omnia in huius maximae  
ciuitatis oculis, luceque publica, ac feruente adhuc  
admiratione, & horrore consiguata litteris, inter no-  
biles alios huius ecclesiæ casus extra communem illâ  
talium rerum conditionem habentur; omnisque cir-  
ca antiquitatis memoriam vana esset cura, si qua poli-  
tica toruitas, in hac pia narratione, testem, spectatri-  
cemque Metropolim adspichernari vellet. Cum circa  
D. Bernardi hospitium, vnde conglobata multitu-  
do, & parietibus implicita illis, praesentiam opemq;  
Sancti Patris, ut dictum est, exposceret, fuit inter eas  
cateruas agrestis homo tenens vlnis puerum, cui  
demones implexi modis exemplisque horribilibus,  
obscuram illam domum magnitudine ac nouitate  
calamitatis nobilitarant. Is puer, ad fenestram pro-  
deunte Bernardo, manumque super turbas explicante,  
paternis illico vlnis vi demonum eripitur, afflitoque  
ad parietem capite, exanimis, ita commouerat mife-  
ratione animos, ut illo tam atrocieritu atrociorator-

G menta

menta vitae non incommodè effugisse diceretur.  
Exclamat tamen vna voce omnes, iubentq; tolli  
cadauer, & ferri ad Bernardi pedes intrò. Ea erat  
fama de celesti illius potentia, & virtute, ut mortuis  
quoq; redonare posse vitam scirent. Diducunt se se-  
turbæ, atque submouentur, & per confertos populos  
datur via illis, qui madentem cruento mortuum por-  
tabant; simul ibat caelo clamor vniuersae concionis  
ingeminantis Bernardi nomen, & precantis, ut con-  
tra dæmonum iniurias innocentis aetati adesset. Ille,  
erecto leniter bacillo, quo sustentabatur, tangit pue-  
ro collum, innuitq; Gherardo Monacho, ut parte ea-  
dem in crucis formam diducat manum admoueat-  
que. Confestim ad eos contactus rediit vita, sed &  
dæmones simul rediere, ut duplex in vnius salute mira-  
culum constaret. Ita vti erat perfusus aterq; tabo as-  
surgebat in circumstantium ora, injiciebatq; vngues  
ac nouum iam miraculum siebat, vñorum robori ter-  
ribilis puer. Arripì à pluribus iubet eum Abbas, &  
in lectulo collocari suo, quę paupertatis ac vigiliarū  
effigies illic in angulo strata erat. Scilicet, quasi vni-  
uersa dæmonum Respublica, & regnum infelix, &  
omnes inferorum cateruae, duri illius virginalisq;  
strati contactu commotæ essent, ita proripuit sese  
inde puer, & Tartari totius rabie saeuiebat. Arrip-  
tur iterum, & lustralis aquæ guttae demittuntur in  
fauces, rursusque in lectulo collocatur, & ab sancto  
Abbate delinitur exorcismis, quorum vi pulsus Dæ-  
mon, & omnis deniq; furor conticuit. Laudabant sine  
fine

fiae Deum omnis, qui tantam homini vni virtutem  
tribuisset aduersus communem hostem, ipsumq; Ber-  
nardum, ceu numen aliquod, quotidi magis intueba-  
tur. Illud vero ne cogitare quidem ausi fuissent, ve  
obtritum elisumque, & disfluens caput, integre ac ni-  
tide restitueretur. Integrum, & absque plagae ullius  
vestigio nitentem abisse ferunt cuius foedo hiatu pa-  
tentia viscera, concio tota miserata esset. Postridie  
quam haec acta spectataque erant, cum Abbas ad E-  
piscopum Albanensem iuisset rerum earum causa, quae  
inter eos pro salute, & pace Mediolanensium agitabā-  
tur, offertur ei adolescens, contractis & emortuis  
fædeque retortis brachij. Huic ut fertet opem Epi-  
scopus ille obsecrabat; liberq; & agilis est dimissus.  
Eo die, quia secutus diuini hominis vestigia populus  
obsederat aedium illarum limen, impetravit Episco-  
pus, ut secum cenaret, neque coena illa catuit miracu-  
lo. Cum enim paropsidem, quae apposita hospiti  
fuerat, reponi separatim Albanensis ab reliquo men-  
sae instrumento, & astenuari iussisset, ipseque paullo  
post, flagrantissima febri viceretur, epota indide aqua  
repente conualuit. Digrediens inde Bernardus, cum  
frequentiam effugere nullo modo potuisset, ad spectu  
ipso tanabat supplices, & vnius praesertim adolescen-  
tulae insignis ac testata salus fuit, qua, cum lucem  
ferre non posset, solque, & dies ei grauius esset cœci-  
tate malum, adeo quidem, ut sibi præ dolore violetas  
inferret manus, eo protinus morbo liberata est. Sed  
maxima omniū, & clarissima res in Ambrosiana Aede



patrata est cum ibi res diuina fieret. Noscitabatur ob calamitatem & genus Matrona vna Mediolani; neque noscitabatur solum, sed fixa omnium fere animis haerebat eius miserrimae mulieris imago cum publica sollicitudine ac metu, & interdum querela, quod humani generis hostitantur, in hominem vnam liceret. Nata erat honesto loco, neque natales decorauerat ipsa suos probro vlo quod sciretur. Media fere aetas: decorum corpus, & forma liberalis ante cladem: mansueti quoque mores & pietatis vicinitate tota celebrabantur priusquam atrox iniuria cuncta deformasset; atque post iniuriam laus ea miserationem augebat. Hanc insidere feminam, & occupare potuerant impuri spiritus superbiae monstræ, quisquiliae cœli, inferorum incolæ, qui per exercitij sui rabiem bona nostra oderunt, & amissæ iam sibi desperataeque hereditatis aemulos accepta diuinitus potestate insectantur. Mortaliu[m] lu[er]tus solatia illis fiunt, & inter ignium tormenta, queis aeternum cinguntur, tormentum est ipsis aliud, quaerere semper aliquod ex hominum calamitate lenimen; gliscitque ranta furijs licentia, vel ob Numinis iram erga successores ingratos, vel arcano eiusdem prouisu, causisque occultis, quas neque scrutari altius debet humanae mentis conjectura, neque tamen assequetur. Arreptæ sic ab Daemone mulier, & obsessa, vexataque diu cùm fuisset, tempore, quo Bernardus ipse Mediolanum venit, quoddam huiusmodi spectaculum iam facta erat. Mutum in primis animal, & cæcum, & surdum, exortam

exertam immani longitudine linguam vibrabat, quā elephantis proboscidi fuisse sim illimam hoc ipso verbo scriptores retulere. Capta deinde membris omnibus, & eluxata fractaque eorū pore toto per humum euoluebatur potius quām repebat. Simul alienata mente, ne id quidem retinebat hominis, quo à cæteris animantibus distinguimur. Horrendus ei stridor pro voce erat, latrabatque & gruniebat, & mugiebat fœdus etiam quām pecudum illarum titu. Ut aliquo ad pudorem tegmine velaretur, utque cibi aliquid admitteret, vi doloque obtinendum erat; & alia tristiora perhibentur, quæ nobis silentio inuoluisse honestius fuerit. Adeò laxatis diuinitus habenis debacchari potuerant in humanum vnum corpus odia Daemonum, qui cùm animas potissimum ipsas sitiāt, eaque alantur praeda, domicilia haec etiam animarum lacerare amāt ibique avidissime inescantur. Nec venit fortasse cuiquam adhuc in mentem venerari diuinam in se clementiam hoc nomine, quod ipse tam diri venatus captura non fuerit, quodque fōlis per aëratot latronum millibus, tam libero fœdis alibus in præcordia nostra meatu, inter tot emissariorum neficia, tot quoque suas culpas, nō acciderit etiam sibi ut aliqua tali iniuria corriperetur. Die quodam igitur, cùm in D. Ambrosij Aede Bernardus rem diuinā faceret, monstrum illud portentumque mulieris eō deportandum curauere propinquī, si forte in re tam perdita, & deplorata miraculo foret locus. Hinc audita iam, & visa spem dabant: hinc auertebarūt à spe animus.

oddq

animus, cùm tantum malorum ante oculos esset; adempti sensus; adempta mens; prostratum humi corpus; membra, tum mutila, & trunca, tum redundantia & mota loco; Regnator intus Daemon. Miraculum exposci, quo non sananda esset mulier, sed creanda denuo. Tenebatur multorum simul manibus contra Aram in qua sacrificabat Pater; ibique tum sanctitate loci, tum magnitudine mysterij, tū puritate sacrificantis, in singula momenta crescebat furor. Crescere simul vincula, pluresque tenentium manus, & tanquam in praelio, integri fessis succedebant. In horruerat vniuersa concio fremitu ac reboatu deprehensi illic Orci: omneis immanum belluarum strides ex humano illo ore edebantur templumque complebant. At, qui adstiterant proprius, magis etiam erant exterriti formis atrocibus, in quas se facie identidem illa commutabat. Spumas interdum egerete ingentes: vertigine assidua quatere caput: dodrantalem eam linguam contrahere modò, & adducere, rursus ciaculari longiore, eoque velut telo circumstantes appetere, quantum adstricta, & inhibita manibus vinclisque posset. Conabatur impetu capto proripere se detinentibus: concidebat exanimis: violentior assurgebat: & fuit aliquandiu cùm expirasse crederetur. Odorem etiam manus tertiū scribunt, qualem spargere tam spurcus hospes deberet. Sacerdos diuinus, recitato Euāgelio obuersus ad populum, molli paulisper oculo contemplatus infelicem illam, sensit, non esse ex Daemonum plebe

plebe eum, qui desaeuit et vi tanta; profecto, vel insignem aliquem vnum esse ex antesignanis, quales multi, cum fuissent in celo principes, & capita defensionis, decidua etiam agmina post exilium, inter tormenta, & flammas regunt, vel certe gregales simul aliquot consensisse, ut in eam sedem commigrent. Praefatus inde pauca pro concione de spiritu immundorum insidijs ac potestate in genus humanū; ut belluat illae, vrente inuidia, stimulantibus assidue flammis conquiescere nusquam possint; utque intactam ab omni peccati labore conseruari mentem corpusque oporteat, ne tetroimo hospiti vñquam opportuna sedes fiat, hacc praefatus, & miserae illi etiam illacrymatus, iubet vnum quemque praecibus accuratissimis exposcere à Deo, ut opus illud manū suā, in quod tantopere hostis graflaretur, respicere clementer velit. Peragit deinde ipse rem diuinam, & in obsecrando ad eactera Numine precatus idipsum, mox in perlitatione, quories Hostiam signo Crucis de more affecerat, toties eodem signo phanaticam infquebatur. Ad eas verò intolerabiles Daemoninoras, quia quat, & nutare præ fragore ac tumultu templum videbatur, teneri à Clericis eam iubet. Hinc Sanctissimum Christi corpus in patella collocatum capitili lymphato superponit, atque Daemonem ipsum imperiosè ciens, sic infit. En spiritus impure ludicem tuum: En Deum rerum omnium potentem: iam huic resistes si potes. Est hoc Iesu Christi corpus, quod Sanctissimæ Virginis alio conceptum editumque, &

Cruci



, Cruci postea affixum , triumphata morte prodijt ab  
, tumulo, & Regna aeterna in celesti sede nunc tenet.  
, Haec te iubet infinita, & suprema potestas, ac mai-  
stas procul facessere hinc , & sedem exonerare istam ,  
quam temere occupasti . Ad imperium protinus il-  
lud libera relicta mulier est ; ac referunt mirabile di-  
ctu, quod quidem multò mirabilius videri debuit ijs  
qui tunc erant hominibus , qui que rem totam sicuti  
gesta est, spectauere . Mulierem, cui non ratio , non  
sermo, non sensus ullus, non denique vita constaret,  
cui membra elapsa in prauum , aut foede contracta  
essent, ac versa in monstri faciem omnia , per quæ ab  
cadavere aliquo dignoscereatur, eam pulso Daemon  
cunctis repente functam officijs, indoleque animi , &  
corporis decoru conspicua extitisse, qualis olim spec-  
tata laudataque erat. Haec Mediolani acciderant . At  
de quodā Ticinensi casu ita memorię proditum est .  
Agrestē ibi feminā sīstunt Bernardo, quā nihilo igno-  
bilius faunus, ita exercebat , vt optimatē illam alterā  
fama calamitatis prope anteiret. In D. Syri Aedem ea  
prius inducta cūm fuisset, spreuerait Daemon id nomē  
eamque religionem, & sicuti postea creditum est , vi-  
debatur ad hoc factus esse pertinacior , & importu-  
nior , vt peregrino Patri palma illa reseruaretur.  
Postquam in Bernardi conspectum ea quoque coacta  
est furia, cœpit irridere facta carmina , queis adiura-  
batur , contemptum ex eo sperans viri, cui genus  
humanum assurgebat , cumque vi carminis, & adspe-  
ctu Bernardi vrgeretur , in medio discrimine dicax ,  
absit,

absit, inquit, ut nos ceperum, & alliorum helluo mo-  
uerit sede. Et rursus, ubi vis maior instabat aderat-  
que proficisciendi hora, ineptissimo facetiarum gene-  
re ludens in Sacerdotis nomine, idque diminuens, &  
flectens ad pusillum; nec me pellere potuit, inquit, an-  
te Syrolus, nec hodie Bernatdolus pellet. At Pater  
excelso animo, vultuque, & voce imperturbatus;  
„non te Cyrus eiecit, neque Bernardus eijciet, sed eijcit  
„Christus Dei filius, & humani generis liberator. Ea  
cum dixisset, miraculum simile priori extitit, incolu-  
memq; feminam abduxere gratulantes; & ingens  
Bernardi nomen admiratae per Insubriam ciuitates  
ad nutum scel diuini hominis aggregabant. Nam Cre-  
monensium contumacia, quam monita eius augeta  
etemque spreuore, non ciuale consilium, non ats aliqua  
retinenda libertatis, sed furor, & vaecordia quaedam  
habita est, & inter vetera gentis exempla referebatur,  
queis irrisiōnēm saepius, quam misericordiam mer-  
uere dum pertinaciae famam affectarent. Ne mens  
quidem illa tam grauis, & tranquilla Bernardi tempe-  
rauit, quominus recordiam eam Apostolica quadam  
& e sacris petita literis irrisione notaret. Scri-  
bens enim ad Pontificem Innocentium de Cremonae  
Vrbis infania, homines ait eos prosperis rerū successi-  
bus elatos videlicet fretosq; curribus, & equis restitisse  
sibi, & omnem cum Mediolanensi populo pacis con-  
ditionem recusasse. Peragrata Insubria Bernardus, &  
actis apud quamque ciuitatem quæ pacis, & concor-  
diæ causa agenda erant, Mediolanum inde retulit ca-

H

rum



rum ciuitatum postulata, ac rursus nonnulla ad eas  
hinc perscripsit, donec pars vtraque remittendo in-  
uicem in singulis capitibus, & concedendo aliquid,  
ad pacis denique summam consentiret. Ita Bernat-  
di opera, legatis auctoribus, status omnis Reipu-  
blicae ecclesiaeque Mediolanensis, ex turbido, & in-  
quieto in tranquillum, & pacatum adducitur, sum-  
maque rerum, & vniuersae actionis haec fuit. Medi-  
olanenses ut primum omnium Innocentio sacrorum  
Principi constanter, & pieriteque obedirent; Ponti-  
ficem maximum cum iustum legitimusque Respu-  
blica populusque ille haberet. Nomen, & factio-  
nem, & partes Anacleti, siue Petri Leonis, exuerent  
penitus atque abdicarent. Par obsequium, & fides  
religioq; in Imperij causa praestaretur, ut repudiatio  
Conrado, Lothatij principatum firmarent. Eadem  
fides religioque praestaretur in Pontificatu sedequae  
Ambrosiana, ut pro Anselmo Pusterula damnato iam  
& deicto, iustus legitimusque Ribałdus publico  
consensu retineretur. Cum subiectis ciuitatibus obli-  
uio præteriorum esset: pacem quam ijs dedissent, col-  
lerent bona fide, & Christianis potius quam callidis  
animis, sicuti nobilissimam, antiquissimamque Me-  
tropolim deceret. Recipi hanc in Ecclesiac Catho-  
licae gremium, placereque ita Sanctissimo Patri, &  
Pontifici Innocentio, ut omnis memoria superioris  
temporis, & veterum offenditionum aboleretur. Pro-  
uinciā, & Episcopos, & insignia Iurisdictionis Im-  
perijque Metropolitanū restitui, ac maneresicut olim  
fuisset.

fuissent. Imperatorem quoque Lotharium nullius praeteritae rei memorem nihil acturum hostiliter, ipsosque Mediolanenses habiturum in fidelium amicorum loco; Rem publicam urbemque eorum defensum insuper si qui armis lacestant. Haec ab diuino Abbatे Bernardo Cardinalibus quod duobus in frequissimo Mediolanensem conuentu pronunciata per intimum scribam legationis, editaque piacula nonnulla culparum erga sedem Apostolicam adhibito temperamento, nequid inesset quo ferox, & superba ciuitas irritaretur. Sed inflexerat etiam ipsa animos tum rerum earum admiratione quas praesens numen per Abbatem in ipsorum oculis egisset, tum pudore, & verecundia contumaciae veteris erga Numinis ipsius Vicarium. Neque nimium satisfactionis unquam esse potest ubi magnum religionis nomen, & alta diuinorum rerum Maiestas procul a peruersa dignitatis & existimationis cura negotia animosque abduxere. Tactis pie ac reuerenter Euangelijs principes urbis Mediolani iurauere in verba Pontificis Innocentij, & Lotharij Caesaris: pacem quam subiectis urbis dedissent, stabilem fidamque seruatuos per carmina illa diuina, & sacrosancta affirmauerunt. Ceterum pacata sic, & composita Metropoli principes urbis magnopere angebantur solicitudine ac metu, ne lotharius Imperator ageret principum more, coctaque in praesentia iras atrocior infestiorque postea recolleret oppimeretque incautos. Nihil sibi profutaram in belli discrimine legatorum fidem aut in-

H 2 digna-

dignationem, & probabilem aliquam fortasse cau-  
sam inuenturum cum, ne violasse fœdus videretur.  
Posse Bernardi sanctimoniam inter militaria negotia  
bellicosque tumultus esse contemptui; posse Roma-  
nos contemnere aliena pericula confirmareque ani-  
mum ut securitati magis quam dignitati consultum  
velint. Minas fortasse, & interdicta fore aduersus  
ruptorem fœdetis, certa secum excidia, & clades. Sen-  
serat Bernardus eas iactari voces, nec ex vano totam  
esse suspicionem ipse quoque suspicabatur. Itaque  
non minus anxius de promissionum suarum exitu ac  
fide, quam ipsi de salute sua Mediolanenses erant, su-  
per ea re litteras ad Richizam Augustam in hanc sen-  
tentiam dedit. Memorem se mandatorum quae ab  
Augusta ipsa accepisset, memoremque suae consue-  
tudinis in tuenda Regia dignitate, dedisse operam ut  
non alia conditione Mediolanenses in Sedis Aposto-  
licae gratiam reciperentur, quam si repudiato prius  
Conrado Lotharium Cæsarem in Imperij sede reti-  
nerent. Grates agendas esse diuinæ benigitati,  
quae tam validam urbem, tam graues hostes absque  
armorum discrimine domuisset. Sed enim vero rationem  
quoque habendam, ut per quos tanta res ad-  
ministrata confectaque esset, eorum nomini ac digni-  
tati nequa fieret fraus, fraudem autem fore grauissimam,  
si cum ipse ceterique legati fidem Mediolanensibus  
obstrinxissent synceræ cum Cæsare pacis, ira dein-  
ceps aliqua apud eum resideret. Homines eos Me-  
diolanenses, consilijs, & auctoritate legatorum esse

in-

inductos ut bonam Caesatis amicitiam, & gratiam  
ante victoriae spem haberent: non esse committen-  
dum ut pœnitentia acceptae conditionis, utque consi-  
lium illud mutare velint. Si deprecatore Pôtifice ma-  
ximo, quemadmodum in animo habeant vñsi fuerint  
adierintque principem, ipsius fore partes, ut mari-  
ti animum deliniat ac mitiget quò placabilius ac-  
cipiantur. Haec ad Richizam Augustam scripta  
extant inter alias epistolas Abbatis, quibus ille  
Principes, Reges, Pontifices, amicosque alios de-  
summis Ecclesiæ rebus affatur. Erat deinde Ber-  
nardus ipse Mediolani per aliquot dies, ac eo inte-  
rim spatio, Ciuitatem, cui suis consilijs parta erat salus  
pijs etiam operibus excolebat. Ante omnia conce-  
perat animo magnum illud opus, ut sui Ordinis Col-  
legium Mediolani institueret, quod nobile Claraual-  
lis Monasterium acquaret. Namque, sicuti Mediola-  
nenium ingenia propter opes nimias immodicisque  
spiritus prona in seditiones uiderat, ita inuenio certa-  
minum fine, spiritus opesque easdem ad diuinæ cultus  
magnificentia uidebat posse conuerti, pijsque studijs  
domicilium fore quod ex inclita Cistertensi disci-  
plina sub nobili iam Clarae vallis nomine aperi-  
tur. Locus qui nunc Clarauallis dicitur est in Langres-  
sorum agro non procul ab ripa Albis fluuij latro-  
num antea receptaculum, atque propter quotidianas  
ibi caedes, Absynthij vallis dicebatur, indicare amari-  
tudinis titulo, quām nihil iucundi, & laeti locum eum  
lagredientes reperturi essent; siue quia frequens her-  
bae

bacillius filia eslet . In eam conualem Stephanus Abbas deducta Cisterciensium Monachorum colonia purgauerat infame latrocinijs nemus , & nouo Monasterio praesidem Bernardum dederat cum adhuc ille fugitans imperia , & celebritatem , corporeque etiam infirmo solitariam intra Cistertij claustra vitam praeoptaret . Effigiem atque imitamentum huius Monasterij Claræuallis ponere Mediolani concipiuit, ac fauens piae eius voluntati Guido Capitanus splendidus honoratusque homo, ad quartum ab urbe lapidem, aream aedificio, sumptumque , & agros in alimenta Monachorum dedit . Claraeuallis id hodie Monasterium apud Mediolanenses ea frequentia cultuque est ut ex ipsis nobilitate, plus famae accesserit etiam priori illi vnde ductum huic nomen . Sed , & aliud par huic in Abduae fluminis ripa extructum Auctor parensque idem sub D. Iacobi nomine, Pontida in pago, cum viris opibusque, attolli nimium videret, à Consulibus impetravit Senatusque Mediolanensi, ut eius collegij praedia , & villas immunes liberasque esse iuberent , ac de ea re priuilegium tulere . Scribendo affuerunt . Heriprandus Rhaudensis . Vbertus Landrianus . Heriprandus Pusterula . Marchesius Vicecomes . Vbertus Osius . Otho Curtius . Manfredus Septala . Ioannes Manganatia . Hildeprandus Moneta . Rogerius Cribellus . Ioannes Tenebiagus . Ionnes Mainierius . Apoldus Paganus . Ardericus Palatius . Burri duo , Heriprandus pater , & Malastrena filius . Lanfrancus stampa . Aicardus

Ca-

Capellus. Guerentius Potheobonellus Arnulfus Adamus. Pasqualis, & Vngherus Cortedini. Petrus Carratus Paganus Burrus. Martiarius Gambarus Ambrosius Medicus. Petrus Concorretius. Manfredus Trottus Lanfrancus Gattarossa. Ioannes Lampugnanius. Henricus Rizolus. Paganus Incoardus. Grizus Litta. Quorum nomina retuli, ut Illustres familiae maiores suos agnosceret, rectores olim patriae huius & veneranda antiquitate prope aequales urbis origini, ingentes animas, opulenta capita, ex quorum sanguine ac stirpe propagatae domus durant noscunturque hodie post tantum aevi. Sed nec fortasse aliâs tam iuste tamque impune arguere poteramus humani generis vanitatem, quae fumosarum imaginum gloria tumet sic atque inflatur. Vbi enim repereris hodie Gattarossas, & Tenebiagos, & Adamos, & Cortedinos, & Incoardos qui ante quingen- tesimum hunc annum inter Principes urbis fuere? Scilicet, cum multa praeclara, & laudanda, multa turpia, & in honesta fecissent ipsis maiores eorum, ut colligerent splendoris aliquid traducerentque post eris suis, & in dilecto illo miserabili capite retinerent, macidus, & sterilis denique nepos elusit vota serieque successionis abruptus. Fortasse etiam non infœcunda salacitas potuit insæcula cõtinuare genus, sed merito dete- riore, quam si nihil ipsa procreasset. Genea enim, & alea, & quibus alijs absuntur res patrimonio abligurito foeda paupertas incessit atque de honestauit inclytas olim domos, & purpuratorum auotum for- didus



dibus heres colit alienum agellum sedetuc implicitus  
artificio fœdiore, anusue reliqua vna, lana, & colu-  
solerat vitam ignara cognominis sui. Nec secus ac-  
cidere oportebat, ut perpetuae refum omnium huma-  
narum vices atque varietates, etiam in hac gloriosae  
nobilitatis miseria, interituque vel commutatione  
familiarum spectarentur. Cùm genus omne mort-  
alium in aquo prius fuisset, rā puerē multi nobilitatis  
nomen ex alienis iniurijs, & damnis, ac rursus hos ip-  
sos in pristinum redegerunt alienae iniuriæ, & vindex  
Deus, vicissitudoque semper ista manebit donec ho-  
mines manebunt. Parant hodie sese principibus, &  
Regibus inferre, quorum maioribus, principum, &  
Regum serui miraculo erant, quosue seruire cupien-  
tes aegre herus in familiam admisit. Simul celeri pas-  
su, & prono itinere tendunt in agrum aut in taber-  
nam, quorum ataui, ligonem, & sordida artium in-  
strumenta sceptris mutarant, atque hoc totū est quod  
nobilitatem, & opes appellamus, inuidemusque no-  
bilibus obscuri, nobiles principibus ac si Deo placet,  
agricolæ nos, & rustici mercatorum urbanorum  
stemmata malignis oculis intuemur, Bernardus  
ea quæ dixi Monasteria cùm fundasset atq; instituisset  
abijt. Sed magna mihi varietas hoc loco rerū istarū  
antiquarum ostēditur. Cùm enim in ipso legationis  
tempore dicātur Abbas instituisse Monasteria Medio-  
lani, contraria famae huic reperitur Epistola ipsius,  
quam nondum suscepta legatione scripsit ad tyrones  
nouitiosque Mediolanenses gratulādo simul, & excus-  
fando.

sando. Gratulatur, quod nobilis, & florida iuuentus  
relieta Mundi nequitia sanctiorem sequi vitam decre-  
verint; conuersionem eam tantis in cælo gaudijs esse  
celebratam, quanta nobilitas ipsorum splendorque  
esset. Excusat verò, sicut prioribus ad populum  
Olerumque litteris, quod eadem vigente necessitate  
Concilij Mediolanum in praesentia venire non pos-  
sit. Nisi ea necessitas, idque impedimentum teneret,  
protinus vñà cum fratribus Ambrosio, & Othono,  
quos ad ipsum illi misissent, fuisse venturum.  
Neque enim velle sic eos inuisere, & alloquitam  
quam rem aliam agat, sed velle sic inuisere, & allo-  
qui tamquam carissima sibi pignora, spemque, &  
decus ordinis sui, quorum desiderio necessariam il-  
lam moram aegerrime patiatur. Cùm haec ante  
Concilij legationisque tempus ita scripta extent, cre-  
dere oportet, fuisse Mediolani Benedicti nos ante  
Bernardi aduentum, & Monasteria, quae ab illo  
fundata dicatur, exulta potius aucta que esse prom-  
ptis ut ostendi Civium animis ad omnia, quae ipse  
agitaret. Abeuntis inde Bernardi vestigia secutus  
Anselmus Romam iuisse dicitur, tum petendae à Pon-  
tifice maximo absolutionis, quod partes sequendo  
alienas dux rebellium rebellis ipse violasset Aposto-  
licæ sedis maiestatem, tum ut subduceret sese oculis  
eorum inter quos digito monstrabatur. Sed neque  
debuerat in ea priuatus vībe morari quam summo  
Imperio rexerat, in qua grauis multorum animis  
multos ipse oderat vicissim, vbi denique præterita-

rum rerum memoria, & conditio praesentis status  
contemptum, iras, & seditiosum quoque fauorem  
ciceret. Magna dignitate transfigisse Romae, velut in  
altera patria reliquum vitae tempus ferunt, quieta  
cum modestia assiduum Pontifici Innocentio, qui ne  
illo rerum diuinarū apicet turbidos rerinere humani  
animi mores videtur, tamquam offensionū cuncta-  
rū oblitus amice hominem liberaliterque traetauit.  
Nec hostes alij, quos sibi multos, & magnos illo Am-  
brosiani Pontificatus tempore foris quoque conci-  
uerat, nouam eam deterioremque fortunam artibus  
odij sue vallis sollicitauere, cum facile vlcisci acceptas  
ab eo clades, & sternere turantem possent. Scilicet  
Eporediae Dynastam Arduinum, Domumque eius  
ob illata arma agro Mediolanensi ad internectionem  
usque persecutus redegerat in eas miseras, ut illerē  
licitis quae defendere nequibat, suadente desperatio-  
ne Monachus fieret. Hastensem Episcopum etiam  
Arduini subnixum opibus, & ab origine sua poten-  
tem hominem, propterea quod Metropolitana iura  
detrectasset, obsederat, vicerat, & grandi pecuniae  
summa mulieratum compulerat supplicem ad Am-  
brosianam Aram; Ibi ostenderat populo, coegeratque  
fateri temeritatem, & veniam precari, suisque ipsum  
manibus sistere in atra multatium aurum, unde fa-  
ctam eximio opere crucem ad posteros quoque vo-  
luit esse monumento. Eadem asperitate ingenij cum  
plerosque alios exacerbasset, credebant maligne cu-  
riosi, vel benebole solliciti homines, hoc illud esse

tempus,

tempus, quo, vel occultae insectationis, vel criminis,  
manifesti procellam ex transuerso aliquam oriri in  
Pusterulā oporteret, quæ naufragū inuolueret vltima  
cladē, ac e scopulo deiijceret eo, in quo, post amissam  
suæ fortunæ Sedem constitisset. Noluisse eum  
quiscere cùm licebat, nunc cùm veller, non licitu-  
rum: iustum verumque esse, ut ab alijs turbaretur,  
qui semper alios turbasset. Haec ita disserabant, quos  
amor odiumque attentos ad Pusterulae exitum facie-  
bat. Sed ob magnam illius animi vitaeque com-  
mutationem, ob mansuetudinem modestiamque, &  
pietatem, quos repente mores in illo graui casu indu-  
rat, placati erant præpotentium inimicorum ani-  
mi, versaque in admirationem ira, subitam ex calamiti-  
tate virtutē laudabant. An vero durabat aliquibus  
sua in veterē inimicū odia, & cupiebant aliquo modo  
nocere, sed circumspiciebant alij alios, neque Puste-  
rulam in eo statu res vlla magis iuuit, quam laesisse  
multos Mortuus est Romæ secunda admodum fama;  
ac vulgo ita aiabant, compotem aeternæ vitæ abiisse  
Pusterulam, quia Pontificatu patriaque abiisset.  
Meliore fama Ribaldus tenebat sedem, ex qua ille di-  
reptus fuerat; ac mite Archiepiscopi huius ingenium  
sequente temporum quoque tranquillitate, noua res  
Mediolani, pax otiumque apud sacra simul, & profa-  
na habebatur; occultum, & triste præsgium exci-  
dij quod imminebat. Albae Episcopus antea fuerat  
Ribaldus, cumque parvam illam Ecclesiam per om-  
nia laudabilia instituta sanctus inturbidusque admi-  
nistraret,

nistraret, magnum eius Ecclesiae nomen apud Metropolim quoque efficerat; & comparatione ea optimi Mediolanensis magnopere angebantur. Quippe Clerus ibi per omnia similis Episcopo suo, sacris litteris exultus, modestus, pius inops, & pauperibus munditijs, omnique exteriore motu recte compositus intus animos præferens. Metropolitanani, factiosi, diuites, splendidi, armis potius quam litteris assueti, vel si qui litteratum studia sequentur, ad magnificas de republica vel natura, vel de honore ac dignitate quaestiones conferebant curam; diuini iuris, caeremoniarumque, & rituum mira erat inscitia, & quotidie manifestior ea calamitas fiebat, utique postquam calamitatum aliarum venerat finis! Itaque prima, & post illima cura novo Pontifici dare Metropolitanum huic Clero studia, & mores, queis Albensem illam Ecclesiam excolendo, seque, & vibē suam clara per Italicas urbes fama nobilitauerat etiam cum nulla nisi culpis nobilitas esset. Peruincebatur paulatim severitate edictorum, & scholarum frequentia præmiorūq; hortamentis, & in primis imitatione sui, ut studijs omissis inanibus disciplinas, & artes eas colerent, quibus diuini cultus dignitas, & salus animarū continetur. Sic ex ambitionis, & gladiaturae disceptratoribus, ex politicis armigerisq; clericis, diuinarū litterarum interpres, & alienae conscientiae arbitrii disceptratoresque latenter animi culparum incedebant. Fastus, & opes ultro abdicabantur, indexque paupertatis, & modestiæ togæ distinguebat Clerum, quod an-

tca

tea discrimen exoleuerat. Magna, & repentina sub Archiepiscopo Ribaldo felicitas Ecclesiae Mediolanensis, sed ad breue duratura tempus, cessuraque omnis in luctum, aduentante tunc anno, quem Urbs nostra semper acerbum, semper luctuosum habebit Aenobardi direptoris insaniam, & furorem. Quasi materiam ei furori pararet Ribaldus Archiepiscopus, & quasi patrum suffectura urbs esset tam aido ruinarum hosti, ita nouis Ecclesiam operibus ornabat, ac Brollense valetudinarium extruxit, assumpto ad eam curationem Gottifredo Cittadino, quem in priuata fortuna, pastoralis animi virum, consiliorum suorum adiutorem forte natus erat. Hoc illud hodie xenodochium est, quod una cum cetera deinde urbe refectum ex Aenobarbi sulcis, & dira illa salis semente prostat mortali etiam inhonestaei, quam inhonesta poena comes secuta est. Ab eodem Archiepiscopo Ribaldo conditore sacrae disciplinae, Magistro Cleri, parente Urbis, Imperator quoque Lotharius ferreo diademate est coronatus, quem alij ab Pusterula insigne id accepisse falso retulerunt. Nam Pusterula Conradum coronarat, exsulque iacebat tempore, quo Lotharius petendo diademi Mediolanum venit. De origine moris eius, non veterum modo memoriam, sed coniecturas etiam meas explicabo. Italicae urbes assuetae olim Imperio, quod ab Longobardorum gente per Duces regesque constitutum in ducentesimum amplius annum via fortuna durarat, aduersus barbarae dominationis

fastidium

70 Historiarum Eccl. Mediol.

Fastidium hoc solatio deliniebantur, quod Duces regesue illi secum habitabant, eratque domi Iudiciorum sedes, & summa rerum, ac feruitum utique illud loco libertatis habebatur. Verum, ubi Carolus Pipini filius pepulit, eiecitque longobardos, ac Regnum, quod illi tenuerant, inuasit, ultimi exitij ducebat instar Italia, quod ab Franco per mancipia regia gubernatur, indeque necis, & vitae iudicia petenda essent. Hinc mutuae suspiciones, dominantes inter, & sanguientes, & ambigua subiectorum fide, iniquum imperium, semperque damna apud minores erant. Non illi in partem ullam publici munera admitebantur, ac velut in sua patria exsules ipsam in exilium agipatriam videbant indignabanturque. Rutsus animos Regum male fida ea per Italiam ancepitque rerum forma non parum angerebat, si semper infensos populos infensi ipsi habituri essent, imperiumque odijs, & iniurijs defensuri. Melius tutiusque per beneficia, & comitatorem acturos, sero quidem, sed tamen utiliter intellexere. Ita mandare alijs munera, & magistratus, aliorum augere opes, alios in perpetuum ornare priuilegijs, omnia, quae suppresserant olim inter suos atque coartarant, effundere largissime in homines Italos coepertunt. Ipsam Insubriac Metropolim urbemque Mediolanum volebant praecipue demeteri; ac ne quid in noua illa liberalitate omittitur, quod irritatos priore acerbitate animos delinire posset, summum ei urbi decus triberunt, hancque Caesares vilesibi dixerit legem, ut Mediolani ferreo diadema-

cc

re coronarentur . Primus eum morem usurpauit  
Conradus , siue Carolus Magnus ut alijs placeat ,  
siue ut alijs , Otho , indeque per quingentos annos  
vsque ad nostram aetatem instituto honos fuit . Sed  
auctorem etiam habeo , primos Caesorum instituisse  
eius ferreae coronationis morem , ipsique Julio Cae-  
sari sic ferro euinctum caput argumento fortitudinis  
qua terrarum orbem subegisset . Diocletianum in-  
de , & Maximianū , pērito ex antiquitate more , ita ser-  
uasse ipsos , atque ita in posterū cōparasse , vt Romanū  
imperium inchoantibus , coronae peterentur duae ,  
quarum aurea Romae , ferrea Mediolani sumeretur .  
Coronato Lothario Ribaldus Archiepiscopus etiam  
fauore Caesaris expeditiora habebat cuncta , quae age-  
re vellet , memorq; ipse superiorū Ecclesiae temporā  
ac futura suspectans , attente præsentibus insistebat , &  
nullam Ecclesiæ constituendæ præteruolare occasio-  
nem patiebatur . Sed ipse , Lothariusque simul ad fi-  
nem vergebant , vt post interiectum breve Conradi  
Regnum , Aenobarbus Caesar , & Pirouanus Archie-  
piscopus , ille Vrbis eversor , hic spectator excidij , al-  
ter saeculæ regalis , alter misericordia Pastoralis Exem-  
plum , suum vterque nomen cruenta inustum nota-  
vnā cum huius Ecclesiæ ruinis proferrent in memoriam  
hominum sempiternam . Ribaldus mortuus est deci-  
mo Pontificatus anno . Lotharius biennio ante quām  
hic moreretur , exceperat . Et extincto cùm nondum  
coronam accepisset , Cōrado , dirus Caesar , & Archie-  
piscopus infelix inchoauere Imperium , quod nisi ges-  
sissen ;

sullen, caruerat alter detestatione posteritatis, alter Patriae funus non paterni animi tormentis spectasset. Dum ab Lotharij decessu ad initia Federici breve sub Conrado Ipatium circumagit, noua e factis ordinibus agmina vindicadac Hierosolymae sub Crucis signo centuriabantur, partemque decoris hereditario iure quae situm illuc iere Mediolanenses ignari quanta domi clades ipsos maneret. Sed in exercitu, qui hinc mittebatur, fuit Martinus Turrianus, princeps auctorque familiae Turrianorum, quæ domus, occultu aliud, cuersae, dein refectæ vrbi post aliquot saecula malum, & suspectura voluminibus seges bellorum parabatur. Ei Martino propter corporis magnitudinem supergressam alte communis statura modum, Gyganti cognomentum fuit. Neque iners erat moles stolidum ve robur; manu consilioque bonus, columnen haud dubie Mediolanensium barbara in terra habebatur, nec plures altius artes eludendo hosti, pluraue fortia facta militaris fama celebrabat. Hunc apud Damascum Syriae sub eius virbis mœnia strenue dimicantem, & vulnere forte debilitatum cepere Saraceni, pollicitique, & minati summa, vel extrema, si deserta Catholica religione sequi sectam eam vellet, postquam excuso animo spernebat barbaros, enim uero illi tormentis omnibus in caprium desauiere donec expiraret, Gygasque Turrianus, exhibita ad confirmandum animum suum virtute, quam in hostes saepe exercuerat, beatis Christi Martyribus accessit. Post infelices Hierosolymitanae expeditionis etiā

in

in summa rerum cœntus, nihilo felicior alia in reb-  
belles Cremonenses expeditio à Mediolanensibus sus-  
cepta est, amissò inter præliandum Cartocio; qua  
clade, non machina menti modò illius, sed prope vni-  
uersae militaris existimationis iactura continebatur.  
Sicut in tragica aliqua scena, qua Regiae vel Regni  
alicuius ab summo fortunæ culmine deiectum ad  
ima statum representare actor velit, tristiora in sin-  
gulos actus, & funestiora necuntur, neque quicquam  
vnquam nisi lugubre venit, & paratam in extremo  
calamitatem variae per gradus calamitosæ rerum  
inclinaciones antecedunt: ita stragem, & excidium  
urbis vcluti præludia haec antecessere, neque lacti  
quicquam poterat euenire quicquid moliremur, &  
ipsa quodammodo fortuna belli struebat quotidiana-  
ris casibus illud ipsum, quod, siue Numinis ira, siue  
mortaliū facutia futurum erat. Excidium autem,  
& strages ruinaeque ultimæ sic parabantur. Fede-  
ricus erat Suevæ Dux Conradi fratri filius ardentis  
animi iuuenis, & ob alia naturæ bona dignus habitus,  
eui mitior etiam animus obtingere debuisset. Ob  
subrum capiti mentoque crinem, Aenobarbum di-  
xere, idque saeuo Imperatori cognomentum mansit.  
Postquam is mortuo patre Conrado in fortunata  
locumque eius, vi sua, & suffragio procerum venit,  
coperat statim nullam priorem agitare curam,  
quam vt hosce Mediolanenses Imperij aemulos,  
imperiumque sibi quoddam instituentes ultum do-  
mitumque iret. Cùm ea penitus indignatione, co-

K que

que consilio sua sponte accensus animus flagraret,  
quaedam etiam huiusmodi faces additae sunt, quod  
maturius atque impetu vehementiore rem ipsam  
aggrederetur. Constantiam forte, vel sicut alij tradi-  
dere, Vormaciam venerat, acturus ibi, & paratus  
ea, quae noui principatus initio, quaeue rerum suscep-  
tarū causa parari agique oporteret. Sedentē ibi augu-  
sta in sede, & vacantē supplicum alloquijs, dic quodā,  
homines duo, ciues Laudēses, Aberardus, & Magister  
quidā Homobonus accedunt, nullo publico mandato  
vel consilio, sed priuatim audaces absurdique, & in-  
quieti, vagi inter negotia, negotiorumque cupidines.  
Sumpserant isti Homobonus, & Aberardus ex aliquo  
forte templo duas maioris formae Cruces, & cum eo  
utque gestamine prouoluti ad Caesaris pedes, ac  
praefati, qui nam mortalium essent, vnde, quidue pe-  
titum venissent, tanto ciulatu, Mediolanensium in-  
patriam suam iniurias atque violentiam deplorare  
institerunt, ut, & Caesar ipse, & qui aderant proceres  
magnopere commouerentur. Nihil deinde cuncta-  
tur Caesar, Sicherio familiarium suorum vni nego-  
tium dat, vt sine mora Mediolanum proficiatur,  
edicatque suo nomine Mediolanensisbus, vt Laudensi  
populo satisfaciant de iniurijs quas sibi esse factas ci-  
uitas ea queratur, neve in posterum ullam eius popu-  
li rem attingant. Si qua deinceps querimonia Lau-  
densium, existat, acriorem se vindicem fore pro inno-  
xia, & afflita ciuitate, quam Mediolanenses ipsos  
importuniores ad vim socijs inferendam. Sicherius,

hacc



haec ferens Caesaris mandata Mediolanum, cum ad Laudem Pompejam ex itinere substitisset, Conclio- que urbis aduocato, exposuisset susceptam pro ip- forum salute legationem, ac iuberet dicere si quid praeterea nuntiari agique cum Mediolanensisibus vel- lent, admiratio primò, deinde metus ingens omnium animos incessit. Mirabantur, quid ita Caesari in mentem venisset eam pro ciuitate sua legationem mittere: timebant, ne sic irritata Mediolanēsium vio- lenta infestior fieret, atque ipsi ultima iam pateren- tur. Vbi verò Magistri Homoboni, & socij Aberal- di phanaticam deplorationem, eorumque precibus motam Caesari curam cognouerunt, exarsere om- nis ira aduersus notam duorum illorum hominum vanitatem, quae rem mouere tantam esset ausa: ac pro se quisque Regium legatum obsecrabant, ut illa denuntiatione supersederet. Homines insa- mos, egenos, impatientes fortunæ conditionisque suae, neque quid dicerent, neque quid agerent pensi quicquam habentes, peruenisse errabundos ad Cae- sarem atque tragedias illas in Patriæ perniciem ex- citasse. Si legatio Mediolanum iret, nihil aliud fore, quam ut renouarentur irae superbis dominis in miserae ciuitatis reliquias, ac duorum ciuium furore pe- riiret vniuersa cum posset esse contenta præsenti statu ac meliora utique in posterum sperarent. Mox etiam ipsi ex Germania Magister Homobonus, & collega insaniae Aberaldus aderant tamquam insigni erga Patriam merito gestientes ac iactabundi, vtero-

K 2 que

que Concilium adiere. Vix temperatum est, quomodo  
nus iuuenum ibi manibus concerperentur: Adeo  
memores veterum calamitatum exarserant animis  
aduersus eos, per quos in acerbiores fere redigi cala-  
mitates videbant. Stoliditas, & vaecordia ho-  
mines defendit, quam contemptu, non suppicio di-  
gnam esse seniores aiebant. Itaque hos quidem ei-  
cere seruilibus probris oneratos, nebulones, errones  
meritosque fustuarium: in Sicherum vero rursus  
auersi, ne Mediolanum iret, obtestabantur pro eo  
scilicet quanti faceret salutem Urbis, cuius causa mis-  
sus esset. Donis etiam, & passione pecuniae tenta-  
uerunt, si forte retinere legatum possent. Ille tamen  
excusando sui Principis indignationem, & redimen-  
dos quolibet auri pondere iras nisi exhauiaret man-  
data, Mediolanum ad Consules venit. Dato Senatu,  
cum Regias litteras de promissis, Epistola quidem  
recitata est, sed protinus abiecta concularaque pedis  
bus, non sine iuuentutis fremitu, & iritu, ipseque Le-  
gatus, cum irruentes in se quosdam vidisset, elapsus  
aula, parum tutus iure gentium erat, nisi turpem ibi  
in vicino, eoque tutam latebram inuenisset. Proripuit  
se se inde Laudem Pompeiam, atque inde per decia,  
& transuersa in Germaniam eus sit trepidus anhe-  
lusque periculi magnitudine quod adierat. Nec mi-  
nus ipsi trepidabant Laudenses, ubi acceptam adeo  
conumeliosce legationem, Legatiique periculum, &  
viratam latebra necem audiuere. Quam vilis, & pro-  
iecta Cæsaris auctoritas apud Mediolanenses esset,  
cunctaq;

euætaq; in perniciem redditura esse suam reputabat? Et publicus ille paucor extortes patria singulos voluntarijs paulatim exilijs agebat, scilicet, ut ditipiendas potius fortunas relinquenter adfuturo mox, sicuti rebantur, Mediolanensem exercitui, quām vt vñā cā dilapidatione fortunatum, corporum quoque ferages irae excendac materiem præberet. Causas plerumq; valles, sive montium cacumina dies totos insidudo, multi quos cara suorum pignora detinebant, speculabantur, capabantur auribus si quid hostile ad urbē fieret; no&qu liberos coniugesque inuiscebant. Adeò consternati animi erant terrore itarum, quas Legatio illa infausta in Mediolanensi Senatu commouissest. At Federicus, audito Sicherio, cognitaque Mediolanensium aduersus Imperij Legationis que maiestatem contumelia, super conceptam iam ante indignationem, facto etiam eo, pro negotijs indignitate accensus, vi atque impetu maiore parabat bellum, ac totas Regni vires siebat, vt contumacem superbamque urbem deleret. Strepitus apparatusque ille per Insubriam auditus, turbauerat motu non minore animos, & suam vnaquaque vicem solicitac Ciuitates variè excitabantur. Laudenses, rabiem odiumque Caesaris in Metropolim, occasionem rati suam, penitus in fidem clientelamque illius concessere, pinusque deditiois, & fidei clauem suæ urbis auream ad eum transmiserunt. Ticinensis populi simile transfugium fuit. Et Cremonenses, non ipsi modò ad novac fortunac spem crexerant animos, sed alios quoque

que concitabant, ne tempus tam opportunum excus<sup>z</sup>  
tienda scrututis clabi sinerent. Ita Mediolanensi-  
bus vndique vis parabatur, aduersus quam a rite vni il-  
li, obsequij repente speciem erga Caesarem induerūt,  
& auri pondus, quò magis fallerent, tributi nomine  
daturos pepigere. In praesentia craterem auro so-  
lidum ad eum miserunt. Per hanc delinito nonnihil  
Caesare, occulte parabant ea, quae ad resistendum  
pertinerent si belli moles ingrueret, quae differri non  
poterat, imperitare voleribus ijsdem, quos imperium  
urgebat alienum, atque tot interieqtis, qui ferre pacē  
non poterant. Ad x. Cal. Decembris anno salutis  
millesimo centesimo quinquagesimoquarto Aeno-  
barbus cum exercitu, proceribusq; Ronchalias in  
Italiā venit. Ibi Concilio Principum habitō, inter  
caetera statuerat quam expeditissimo itinere Ticinū  
proficiisci, ut flumine demitteret exercitum, cùmque  
primi Mediolanensium adessent, perit, ut secum vna  
duces itineris eant, compendiaque viarum monstrent.  
Duxere per aspera, & deserta, & superioribus euasta-  
ta bellis, ac breue illud iter in dies aliquot extende-  
runt; neque fraus ea Caesarem fecellit. Quippe con-  
flictabatur etiam fame peregrinus exercitus, satisque  
causae id visum Caesari, cur abruptis omnibus inter-  
āram, atque dissimulationem, pareret id quod iamdiu  
parturiebat, perdomandisque rebellibus, totam im-  
perij vim admoueret. Abire protinus iussi qui Me-  
diolanensium aderant, bellumque cęptum repenti-  
na Castellorum aliquot oppugnatione, quae capta  
statim,

statim, & insessa Germanorum praefidijs ac terror  
illatus vrbis tamquam cuncta mox hostium forent.  
Terror autem eo subacti Mediolanenses, cum in-  
fimis adiere precibus Caesarem, & tributum, quod  
pollici essent, offerebant. Ea legatione nihil est a-  
ctum: pars iam hinc viraque spem omnem in armis  
habebat; & sociarum ciuitatum viribus, Imperator  
Federicus, & aemuli Imperij Mediolanenses gerebant  
bellum, quod ciuitatibus interim ipsi exitio erat.  
Eversa per Caesarianos Derthona, Caesariani Tici-  
nenses à Mediolanensibus caesi, rursus Verona, dum  
Mediolanenses ipsos Caesari anteponit, relicta cru-  
delius habitanda, quām si deleta foret, truncatis no-  
bilissimo cuique auribus, naribusque decisis; & per  
vias extra urbem arboribus longo ordine pepende-  
runt. Laudenses vero, cūm in verba Caesaris iuraf-  
fent, infestī ob id Mediolanenses penitus delere op-  
pidum statuerunt, vt ne nomen quidem, & vestigia  
villa cius misericordiae vrbis relinquerentur. Destina-  
ta diuinitus, & iam excidio vicina Metropolis, func-  
tione ludebat in subiectas vrbes luctuosam diem, quæ  
ipsi aderat. Sententiam in se atrocem vbi accepere  
infelices, omni alia desperata ope, velamenta suppli-  
cum sumunt, atque uno omnes agmine, Mediolanū,  
ad hostilis clementiae perfugium, miserabili consi-  
lio profiscuntur. Ducebant agmen, Lafrancus E-  
piscopus eius vrbis, & Lafrancus templi maximī an-  
tistes, Abbatesque, & antistites alij, & primores vrbis

ad

ad sexaginta; caetera turba ignobilior sequebatur; sa-  
erisimul, & profani, uterque sexus, & omnis aetas  
illuc ibant ad spem salutis, ubi sacra infestaque cun-  
&aque erant. Ad Pirouanum Archiepiscopum ea sup-  
plex turba cum accessisset in sacram aulam, in qua  
tunc fortè consilium habebatur, abiecte se se humi-  
flentesque precabantur, utignoscerent urbi toties af-  
flictæ, toties puniae cum nihil umquam in Metropo-  
lim nisi coacta deliquerit. Perterrefaciente totam  
Insubriam Caesare, cum ipsa quoque Metropolis tre-  
pidarer, dixisse Sacramentum in illius verba: petere, ne  
ob eam necessitatem delerentur. In cassum missae  
preces, omnisque illa multitudo profuga, & despera-  
ta, ne patriæ funus spectaret, quæ quemque casus tu-  
lit, in loca circumiecta dissipatur, Aenobarbus hoc  
tempore discesserat in Germaniam, vnde sub finem  
Quintilis cum exercitu maiore reuersus, audita, &  
inspecta Laudensium suorum clade, locū eis assigna-  
uit, in quo nouam urbem conderent, ac infestis illico  
signis in direptores Mediolanenses cum ipsorum sae-  
uitia paria facturus vadit. Augebat Caesaris iras in  
Metropolim, quod praeter repudiatas tam superbe  
preces illius populi infelicitis, ne Romanae quidem Le-  
gationi cesserant, cum Cardinales duo, Otho Brixia-  
nus, & Ardicius Riuoltella deprecatores accessissent.  
Namque donec adfuerat ea legatio, fatigaueratque  
precibus, & auctoritate sacuitiam implacabilem, velue  
exortati annuerant, mox destinata peregerant, idque  
superbiae intolerabilis videretur etiam si Laudensium  
clades



clades nihil animum moueret. Sic ad mœnia vrbis  
Mediolani, tanquā aduersus intolerandum humano  
generi hostem exercitus ductus par magnitudini vru-  
bis, par etiam odij, cum quibus in eam ibatur. In eo  
exercitu, Boemiae Rex erat, sua signa suumque mi-  
litē separato duces agmine, Marteque suo suf-  
fектurns, cūm p̄c caetera multitudine, pars minimaz  
ipse esset. Et Germaniæ procerum alia cohors, offi-  
cio, vel necessitate assecata Caesarem, cum sua quis-  
que manu exercitum alium faciebant. Iam Cremo-  
nenses, & Papienses, & Laudenses, quō maiore ar-  
debant odio, pluraque, & grauiora passi erant, eō  
validiorum exercituum animos ferentes; Cae-  
sar is ipsius vexilla late occupabant campos. Hac  
variarum gentium coniuncta multitudo postquam  
ad mœnia vrbis stetit, ita inter se stationes campum-  
que partiuntur. Caesar sibi suisque spatiū sumpsit,  
quā Brolium hodie dicitur, eaque regione fixit tēlo-  
ria secutus omen loci, propterea quod ab ea parte bis  
olim etiam capta vrbis fuisse. Boemus ab extremo  
Brolii sine ad D. Dionysij aedem retendit. Reliqua  
permisi manipulatim diuersarum nationum mili-  
ties tenuere, prout arte ac prouisu ducum dispositi  
erant. Mediolanenses, ad primos earum rerum mo-  
tus, primasque animorum irritationes, vbi adesse  
bellum senserant, auxerant vetera vrbis munimenta  
nouisque alia ingenij struxerant, nondum ad sum-  
mu[m] euecta arte, quae rudimenta iam sua, & se ip-  
sam in operibus iam ijsdem irritidet, quæ tunc admira-  
batur.



batur. Præcipuum erexerant obiecerantque munimentum, quæ nunc Romana turris dicitur cum quadrifore arcu, quod opus ab D. Clementis Aede ad D. Lazariv aletudinarium pertinebat; instarque tremenda rei prodidere temporum eorum scriptores, quod tanta esset altitudo turris, ut telum in pinnas adigi non posset. Per octo continuos dies oppugnata ea turris non odi perforata hostem intro accepit. Capta arce, iam salus haud dubie tota, nondum tandem spes ipsa deseruerat ciues, & crebrac ex urbe siebant eruptiones in barbaros magnis utrinque clibanis, donec euastato omni circa urbem agro, Theutonicæ manus connixaæ vi tota, inuenientur ab incustodita forte parte aditum, & reliquam intra mœnia multitudinem accepere. Tunc Mediolanenses ab innumera repente barbarie circumuenti, & oppressi, ferrum caudemque ante oculos habentes permisere se hosti, & quacunque vellet conditione Caesar, veniam salutemque virbi exposcebant. Malebat adhuc ille hominum quam tectorum capere ciuitatem, & recta, caeterumque cultum urbis ante nudam inavemque aream ponebat; needum occupauerat mentem rabies, quac postea Metropolim ad informesolum rededit. Omissa statim caede, ac paulò post obsidione etiam soluta, captae virbi leges de Conciliij sententia dictæ in hunc modum. Archiepiscopus Consulesque Mediolanenses annuum Caesari tributum ferunto, ex pecunia summa, quam ipsi maioresque ipsorum pepigerè. Quod cius pecuniac

euiae ante non persoluerunt, acquis pensionibus  
repraesentanto, prout composita descriptaque ratio  
edetur. Caesorum nomen, atque maiestatem Imperij  
posthac obedienter colunto. Aquilas insigne  
maiestatis obsequijque eius ad templi maximi fasti-  
gium erigunt. Ciuitates alias ne attingunto, neve  
turbant, quominus augustissima ibi & summa Im-  
perij vis siet. Captiuos omnes dimittunto atque re-  
stituunto ciuitatibus suis, ex qua quemque ciuitate  
captum habebunt. Iurauere Pirouanus Archiepi-  
scopus Consulesque Mediolanenses, hacc ita ut essent  
edita, & iniuncta seruatueros, pignusque fidei du-  
centi obsides fuere. Addidit vicissim beneficia Cae-  
sar, quò mitius nouum imperium speraretur, suscep-  
rumque seruitium, & amissa libertas, non ut mala  
haerent animis. Ornauit Equestri multos dignita-  
te; Comarchos, Demarchos Duceisque alios appel-  
lavit speciosis nominibus, quò magis haec etiam lu-  
dibria excidium imminens, & actum ruinosa Scena  
extremum fœdarent. Iam enim post impetratam  
hanc veniam, & pacem, & congesta super salutem  
ornamenta, ad immanem ipsi Mediolanenses iniuriā,  
immaneq; factum ruebant, quod factum quaeue in-  
juria cum alijs deinde factis, & iniurijs spectaculi etiā  
fœditatem augeret, tamquam non sacuitia, & im-  
manitate hostis, sed ob suum ipsius facinus ea vrbis  
periret. Abibat Aenobarbus, velut pacata Metro-  
poli, constitutoque per Italiam Imperio, nihil iam  
aliunde, nisi ab Mediolanensibus hostile suspectans,  
nihil fortasse etiam parans, & mitem fuisse victoriam

L    plerique

plerique admirantes aiebant. Ibat victor disponens  
in ipso itinere consilia firmando principatu, regen-  
dis ciuitatibus, tuendae paci; & forte statuerat com-  
modiora omnia Mediolani fore, si sublato Consulatu  
regimine Praetores instituerentur. Eius negotij cau-  
sa Reginaldus Scriba Caesaris, & Otho quidam ve-  
nere. Qui cum exposuissent apud Concilium man-  
data quae attulerant, non fuit haesitatio fremitusve  
qualis esse in re aliqua odiosa indignantium ambi-  
gentiumue solet; sed quasi vox illa de mutando vr-  
bis regimine tollendoque consulatu, necem singulis,  
omnibus ignominiam propudiunque ineuitabile  
denuntiasset; ita reliqui nihil sibi, neque ad spem ve-  
niac, neque ad legatorum violationem fecere. In-  
gruunt acerrimus quisque patrum in duos illos Regi-  
naldum, & Othonem, ingerunt probra, manus in-  
tentant, ac dato vix effugio supellestilem eorum  
apparatumque legationis immisso satellite diripuere  
hostiliter, & cuncta dnisere in plebem, ut contacti  
Regis praeda homines, spe pacis amissa, actiores ad  
nouum bellum forent. Tritium inde iter agmine  
infesto (id pago nomen in Abduae fluminis Ripa)  
regiamque pecuniam, quae ibi in arcem codita erat,  
caelo Germanorum praesidio rapuere vniuersam, &  
cum ea funesta praeda reuertere domum. Mox ver-  
sa in Laudenses infeliciter armis, statimque repentinno  
illo Mediolanensium motu turbata rursus, & ex bre-  
vissimi temporis pace concita in veteres factiones  
Insularia, dum ciuitates aliae rebellem Metropolim  
futuræ

fūdrae etiam exitij comites sequuntur, aliae sc.  
qui Caesarem malunt. Caesar hoc tempore Bono-  
niae erat, audita Mediolanensium rebellione tremēs  
in eam urbem, & profundo voluens pectore ludū  
immanem, quem parabat. Ferunt incredibili dissim-  
mulatione vsum, neque aperuisse cuiquam id consi-  
līj, neque verbis aut vuln̄ signa dedisse vlla homini-  
bus, queis impudens, & plerumque vna solertia est,  
per eiusmodi coniecturas obrepere principum ani-  
mis, & introspicere si quid occultius parant.  
Semper autem ille considerans insolentem pacis, &  
obsequij ciuitatem, conferensque vetera, & recen-  
tia, expectauerat id quod fuit, credideratq; in praes-  
entia cohibitos necessitate, vbi metus decessisset, ad  
pristina esse reddituros. Ideo, nec procul abscedens,  
& speciem tamen praebens abeuntis, incesserat iti-  
neri simul, & praelio, vt & retro conuerteret ad  
subita exercitum, & ab sua parte, secura pacataque  
omnia, versumq; in alia animum praeficeret. Vbi  
violati fœderis nuntium insanum accepit, prima in  
Insubres tendere signa Ticinensium iubet, quem mi-  
litem, vt Metropoli infensissimum, eoque praecepuū  
apud se se retinuerat. Dein ipse cum toto exercitu  
subsequitur, tacita destinatione minitans finem urbi,  
qua stante saluum Imperij nomen esse non posse ar-  
bitraretur, idque consilium vagis etiam inter intimos  
sermonibus, & multiplici itinerum flexu declinans  
regionem ambiens ut regebat. Fortè aduersus ante-  
gessos vti dictum est Ticinenses, egressæ Mediolanē-  
sium

fiūm turmae prospere gesserāt rē. Mox hasce vītri-  
ces turmas a fœcuti Theutones, & numero plures, &  
fortuna belli velut aequa Iudice stante pro barbaris  
contra ruptores fœderū Mediolanenses, trucidauere  
nobilesque captiuos abduxere Ticinum, nec ab irato  
Caesare quicquam actum asperius, quam ut eos cu-  
stodiri diligenter iubet. Aleo condiderat iram, &  
in patua re leuis vltor saeum se ad ultima vindicem  
seruabat. Et erat interim intentus grauissimae a-  
ctioni, quam per eos dies de componenda Romana  
Ecclesia suscepit habebat, diuisa tunc fortè inter  
Octavianum, & Rinaldum, quorum uterque Ponti-  
ficatum Maximum vindicabat sibi, mutatisque no-  
minibus, ille Victor, hic Alexander dicebantur. Ma-  
gna res ampliusque titulus, & dignum Romano Im-  
peratore negotium, obuiam ire publicis Ecclesiae mā-  
lis, tollere dissidia, tueri sedem Apostolicam, ad cer-  
ti legitimique Pontificis auctoritatem vocare genus  
humanum. Haec igitur, & inclusum illud animo  
consilium aduersus Mediolanenses, tantumque in  
Metropoli euertenda delictum, & agendae rei ma-  
gnū instrumentum assumpta dissimulatio dandū  
que meditato facinori spatium, Caesarem, quo prō-  
ptius id sibi negotium ascisceret, impulere. Sedes  
est electa Concilio Vrbs Ticinum: eō vocati Patres  
conuenere: Octavianus adfuit: ab Rinaldo recusa-  
tum. Piruanum Archiepiscopum, in tanta vicini-  
tate, tantoque suo, & vrbis nomine, ne appellatum  
quidem esse constat, cùm minores, & longinqui am-  
bitiose

bitiose vndique excirentur. Noluerat, eredo, Caes-  
sar in tam commotis iam & infensis vtrinque ani-  
mis, aut praebere populo Mediolanensi suspicionē,  
tamquam specie Concilij captaret Archiepiscopum,  
aut tribuere autoritatem inimicae vrbi, tamquam  
ipsa quoque iudex, & arbitra Pontificatus fieret. Id  
nobile iudicium Ticini exercebat ceu in contume-  
liam nominis Metropolitanū, cui nulla urbium infe-  
stior. Ea res habuit exitum suum, pontificesque  
duo, Victor & Alexander, ille nomen Sedem-  
que tenuit, hic exuto quod sumpserat nomine ad  
fortunam appellationemque pristinam est deie-  
ctus, & ingens fama Caesarem habebat, qui sapien-  
tia, & visua statum Ecclesiae componere sic po-  
nuisse. Conditus iam hinc in altitudinem quandam  
destinata cunctabundus exsequebatur, suspicante ne-  
mine rem tantam, & ex rebus quas agi tractarique  
videbant, quidlibet potius aliud autumante Italia. Pristinas adhuc peccandi, & ignoscendi vices ac  
solitos inter bella fortunae alternantis casus expe-  
ctabant, quam ciuilium ingeniorum opinionem ea  
quaे sunt insecura comprobauere, tamquam ad no-  
bilitandam cladem haec etiam irrita varietas, &  
vanae resistentium spes, & simulacra salutis, & in  
pernicie ineuitabili victoriarum imagines decesserent.  
Nam quamquam obfirmato sicuti postea cogni-  
tum est ad complanandam protinus urbem animo  
venerat Rex, incidit tamen in difficultates inopina-  
tas, & reperit impedimenta quae non cogitarat,

*bcl*

bellumque nouum aliquandiu gerebatur, misera res  
inter eum qui venerat ad explendas in subiectam vr-  
bem iras, & eos, qui ideo resistebant,  
ut victori praeda dulcior  
ficerent.

**Finis Libri Primi.**